





1787.

1. Braun, Joannes Adamus: Utrum matrimonii vinculum, et in casu adulterii alterius conjugum, juxta Tridentini canonem VI. Jus. 29. jure divino, an solum jure ecclesiastico insolubile sit?
2. Greyl, Joannes Philippus: De juribus nationis Germanicae ex acceptatione secretorum Barilensium quaesitis, per concordata Aschaffenburgensia modificatis aut stabilitis.
3. Huber, Theophilus: In sensum decreti Gratiani dist. I. de poenitentia circa divinum conjugium proceptum commentatio theologiae.
4. Hufmann, Antonius: De investigatione jure in genere, in specie vero de investigationibus sub didicariis vulgo von Wehrgöllen.

1787.

5. Hystein, Christianus: De usu recessus imperii
nearissimi d. a. 1654 in iudiciis Augustinis.
6. Fung, Ioannes: Dispensationum episcopalium historia
ex hibus primis seculis collecta et vindicata.
7. Hamper, Wigandus: Historia indulgentiarum
cum reflexionibus dogmaticis.
8. Kochler, Philippus Thomas: Remendanda re
Criminali.
9. ^{9^o tit} ₌ Rotmann, Fr. Math: De successione concubi-
nae, si sola superstes sit ad ill. Nov. 15 c. 5
et Nov. 89. c. 12. earumque applicationem
in Germania. 2 Exempl. 1787 & 1788.
10. Schuelz, Augustinus: De methodi in morbis
expectandi praesentia

i
ica
ta.
b.
c.5
m
bis



1787


1. Hering, ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...
 11. ...
 12. ...
 13. ...
 14. ...
 15. ...
 16. ...
 17. ...
 18. ...
 19. ...
 20. ...
 21. ...
 22. ...
 23. ...
 24. ...
 25. ...
 26. ...
 27. ...
 28. ...
 29. ...
 30. ...
 31. ...
 32. ...
 33. ...
 34. ...
 35. ...
 36. ...
 37. ...
 38. ...
 39. ...
 40. ...
 41. ...
 42. ...
 43. ...
 44. ...
 45. ...
 46. ...
 47. ...
 48. ...
 49. ...
 50. ...
 51. ...
 52. ...
 53. ...
 54. ...
 55. ...
 56. ...
 57. ...
 58. ...
 59. ...
 60. ...
 61. ...
 62. ...
 63. ...
 64. ...
 65. ...
 66. ...
 67. ...
 68. ...
 69. ...
 70. ...
 71. ...
 72. ...
 73. ...
 74. ...
 75. ...
 76. ...
 77. ...
 78. ...
 79. ...
 80. ...
 81. ...
 82. ...
 83. ...
 84. ...
 85. ...
 86. ...
 87. ...
 88. ...
 89. ...
 90. ...
 91. ...
 92. ...
 93. ...
 94. ...
 95. ...
 96. ...
 97. ...
 98. ...
 99. ...
 100. ...



DISSERTATIO
VTRVM
MATRIMONII
VINCVLVM,

ET
IN CASV ADVLTERII ALTERIVS CONIVGVV, IYXTA
TRIDENTINI CANONEM VII. SESS. XXIV., IVRE
DIVINO, AN SOLVM IVRE ECCLESIASTICO
INSOLVBILE SIT?

AVTHORE
IOANNE ADAMO BRAVN,
ARCHIEPISCOPALIS SEMINARIJ MGVNTINI AD S.
BONIFACIVM ALVMO.



P. 417

CONSPECTVS.

P. I. Sect. I. §. 1. Matrimonium ex natura sua solubile esse, in fornicationis casu, probatur.

§. §. 2, 3, 4. Legem Patriarchalem, iuri naturae haud derogare, ostenditur.

Sect. II. §. §. 1, 2, 3, 4, 5. Moysen Israelitis concessisse repudium, demonstratur.

a §. 6 — 13 idque pluribus de causis.

P. II. Sect. I. §§. 1, 2, 3, 4. Ex S. S. textibus eruitur, Christum diuortium omnino haud interdixisse, sed potius amplam Iudaeorum repudiandi facultatem, ad vnicum adulterii casum restrinxisse.

§. §. 5, 6, 7, 8, 9, 10. Loca in speciem contraria explicantur.

Sect. II. Exhibet subsequentium seculorum traditionem, quoad hoc sc. punctum.

Cap. I. Sect. II. §. 1. Occurrit *Hermas*, hac de materia scribens.

Sec. II. §. 2. *Iustinus M.*

Sec. III. §§. 3, 4, 5. *Tertullianus, Clemens Alexand.* atque *Origenes*.

Sec. IV. a §. 6 — 15. *Lactantius, Constantinus M., Hilarius Pictauiensis, Epiphanius, Basilus M., Gregorius Naz., Ambrosius, Asterius Amajenus,* cum *S. Chrysofomo*.

Sec. V. a §. 16 — 30. *Innocentius I. R. P., D. Hieronymus, S. Augustinus, Auctor Comment. in B. Pauli epist., Theodoretus, sanctusque Patricius.*

Sec.

1787
DISSERTATIO
VTRVM
MATRIMONII
VINCVLVM,

ET
IN CASV ADVLTERII ALTERIVS CONIVGVVM,
IVXTA TRIDENTINI CAN. VII. SESS. XXIV. IVRE
DIVINO, AN SOLVM IVRE ECCLESIASTICO
INSOLVBILE SIT?

QVAM
CVM SELECTIS EX VNIVERSA THEOLOGIA
POSITIONIBVS

IN
ALMA ELECTORALI SEMPERQVE CATHOLICA
VNIVERSITATE MOGVNTINA

PRO CONSEQVENDA SVPREMA DOCTORATVS THEOLOGICI
LAVREA, PVBLICO TENTAMINI

SVEMITTIT

IOANNES ADAMVS BRAVN,
MOGONVS,

ARCHIEPISCOPALIS SEMINARIJ AD S. BONIFACIVM
ALVMNVS, SS. THEOLOGIAE BACCALAVREVS BIBLICVS
ET FORMATVS.

IN AVLA ACADEMICA MAIORE
DIE X. SEPTEMBRIS MDCCLXXXVII.

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS.

MOGVNTIAE,

Ex Typograph. Elect. Aul. Acad. prin. apud I. I. ALEF,
Haered. HAEPFNER.

Existimate (fideles) et omnino vobis persuadete,
matrimonia morte tantum et adulterio dirimi.

*ASTERIUS episcopus Amasenus
homil. in Matth. XIX.*

P A R S I.

ANTE CHRISTI EVANGELIVM PROHIBITA
NON FVIT VINCVLII MATRIMONIALIS
SOLVTIO.

S E C T I O I.

NEQUE IVRE NATVRAE, NEC LEGE PATRIARCHALI.

§. I.

Matrimonium in natura sua spectatum quom nihil aliud sit, nisi merus contractus ad tradenda mutuo corpora et honorum communionem initus; patet quod ex natura sua, sicut omne pactum, solui possit *a)*. Persuasum hoc fuit omnibus gentibus, matrimonia seu simplices contractus spectantibus *b)* imo hae facta reuocatione consensus vnius partis, solui posse huncce contractum, illudque iuris naturae esse certo credebant, scientes quippe quod non seruanti fidem fides seruari non debeat, atque compaescientium quando vnus praestare noller, ad quod tenetur, alter nec obligari amplius possit ad praestanda ea, quae stante contractu illaeso debuerat.

a) Conferatur *Vrbanius VIII.* in declarationibus suis, 20 Octobris anno 1626. et 7. Septembris 1627. editis. *Calmet* *disl. de Diuortii* — *Hankel* *disl. de diuortii iure naturali neuiquam prohibitis*. Goettingae 1748. *Nettelblatt* *Systema elementare vniuersae iurisprud. naturalis* edit. 4.

§. 639. seqq. *Steinkellner* S. I. Institut. philosoph. morali: P. 3. c. 25. Die deutsche Encyclopädie 7. B. voce Ehe S. 911. et 12. *Libellus: de matrimonii vinculo auctore L. C. V. 1785 editus a §. 4 — 8. Neupauer's Versuch über die Frage, ob ein katholischer Landesfürst das Recht habe, gültig geschlossene und vollbrachte Ehen seiner katholischen Unterthanen, in gewissen Umständen, auch in Aufhebung des Bandes zu trennen a §. 22 — 43 Libellus germanicus über die Ehescheidung. Basel 1786.*

b) confer. *Steinkellner* l. c. vbi probat consensum itihunc vnanimem et Calmet. l. c.

§. II.

In lege patriarchali facultas illa ex principiis iuris naturae homini circa diuortium concessa, subleua fuisse haud videtur. In lege enim Patriarchali, nihil nisi ipsissimum ius mere naturale, et pauca solummodo Dei praecepta positia obtinere. Ex quo datur intelligi, nunquam legem positiam qualemcunque, multo minus talem, qua iuri naturae derogatur; quin expressa ejus in S. S. mentio fiat, admitti posse. Talis vero quum inueniri non detur, Patriarchis quoque nulla lege positia haec facultas erepta videtur. Porro Moyses, qui legem patriarchalem non aboleuit, sed eandem perfectiorem reddidit, aliisque legibus civilibus locupletauit; in nota sua constitutione lib. V. C. 24. nouum aliquod praeceptum dimittendi vxores haud dedit, sed solummodo abusum in recipiendis conjugibus adulteris perstrinxit; quod tum ex ipsius dispositionis tenore c), tum ex responso Christi Pharisaeis data, vbi eorum verbo: quid *praecipit*, vocem *permisit*, reposuit. Videtur igitur hic loci Moyses ad obseruantiam, seu ad ius consuetudinarium d) a Patriarchis vtique descendens, respexisse, adeoque diuortium

vortium iam antea vſitatum atque licitum fuiſſe. Quae quum ita ſint, atque certo ſupponi poſſit legatum diuinum nil aut permiſiſſe aut praecepiſſe legi Dei contrarium, Moyſes vero ſolummodo intuitu obſervantiae diuortium permiferit, nec in lege Patriarchali illud prohibitum fuiſſe, me iudice, apparet.

e) confer. Michaelis in ſeinem Moſaiſchen Rechte. 2 Theil. S. 119.

d) Moyſen non raro ad ius conſuetudinarium reſpexiſſe, patet tum ex variis S. S. exemplis v. g. dum Moyſes praecepit ut frater fratri ſemen ſulcicaret, quod jam 150 ante natum Moyſen, annis in vſu erat, vti patet ex I. Moſ. XXXVIII, 8: tum quia ſoepe internam legum Moſaicarum rationem perſpicere volenti, ad obſervantiam hoc legumlatoris antiquiorem reſpicere oportet: tum ex eo quod nexus legum ſoepe deſideratur, quod tamen non ipſius legis defectus erat, uti Michaelis l. c. 1. Theil S. 16. ait, ſondern ohne Zweifel ein Geſetz, nach welchem der Richter in gewöhnlichen Fällen ſprechen konnte: denn wo kein geſchriebenes Geſetz war, da galt das uralte rechtliche Verkommen.

§. III.

Nec obſtat locus I. Moſ. II, 24. e) Nam 1) referente Calmet. in comment. ad h. l. interpretes haud conueniunt cuius ſint verba, nonnulli haec Deo tribuunt, Adamo alii, atque alii Moyſi. Quidquid autem horum ſit, attamen exinde inferri nequit, ſtatu hic pro Patriarchis vitae regulam omnino talem, a qua nullo in caſu recedere ipſis licitum fuiſſet. Nam a) ſi ſint Adae verba, conſideranda ſunt ſicut cuiusvis alius hominis priuati, nec legem Dei efficere poſſunt. Si b) ſint Moyſis neque tunc legis diſpoſitivae eſſe poſſunt, eo quod ipſe Iſraelitis diuortium

ex usu notum, solenni constitutione permiserit. Si vero c) Dei dicta sunt, asseri tamen non posse puto, ea legis rationem habere, eoquod Deus per legatum suum libellum repudii permiserit, nec cogitari possit, Dei voluntatem circa hoc punctum adeo variasse, ut facultatem, quam vi principiorum iur. nat. hominibus concessit, Patriarchis iterum ademerit, Israelitis denique restituerit; tum in eo, quod Christus et ipse Deus Matth. XIX. verba haec allegans, exceptionem in casu fornicationis, permiserit. Verba igitur: *erunt duo in carne una* videntur sensum habere, quem Calmet. et Cornel. a lapide in h. l. assignant sc. erunt duo vna caro per copulam carnalem, vti explicat Apostolus I. Cor. IX, 16. Erunt vna caro Synecdochice, i. e. erunt vna persona civilis etc.

c) 23 Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: haec vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. 24. Quam ob rem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhaerebit uxori suae: et erunt duo in carne una.

§. IV.

Porro si haec verba: *erunt duo in carne una* stricte sumerentur, nequidem separatio locum habuisset apud Patriarchas, cuius saltem, contrarium probat exemplum Abrahae I. Moys. XXI, 40. Denique si haec verba legis rationem habent, nullamque admittunt exceptionem, cur defenditur Patriarchas polygamos, contra legem Dei expressam agentes, haud peccasse, vnitati enim polygamia (vti Cornel. a lapide l. l. ait) repugnat, neque status vitae individua-
lis amplius subsistere potest.

SECTIO

SECTIO II.

NEC LEGE MOYSIS.

§. I.

Moyfes hanc in iure naturae fundatam repudiandi facultatem prudenter pro temporis illius ratione non sustulit, sed repudium haftenus licitum ulterius concessit suis V. Moyf. XXIV.

§. II.

Qualis vero hoc loco intelligenda est dimissio? an talis, qua et ipsum matrimonii vinculum soluitur? et dico de tali sermonem esse. Id enim primo patet ex legis verbis, ubi repudiatæ conceditur facultas alteri nubendi, quæ vtique, ni et ipsum vinculum solutum fuisset, dari haud potuisset. Secundo patet hoc ex lege III. Moyf. XXI, 13. et 14. iata, vi cuius sacerdos nec viduam nec repudiatam nec meretricem, sed virginem dumtaxat ducere potuit. Aliis ergo, sicut viduam et meretricem, ita et repudiatam ducere licuit.

§. III.

Dices: citra poenam nubere quidem licuit non vero citra culpam. At repono, absurdum hoc esse, quippe cum perfectionibus diuinis pugnans; sequeretur enim, Deum magis velle poenam ab homine remotam, quam ipsam culpam, cum Deus potius poenam infligat hominibus, ut remoueatur culpa. Finis enim noster vltimus, qui est beatitudo aeterna,

non

non nisi ab eo, qui culpa vacat, obtineri potest; sicut ergo Deus hunc finem, ita et nos culpa vacare velle debet, adeoque omnia media moraliter sufficientia adhibere; poenae temporales vero, quum talis medii vim habere possint, actuque habeant, hasce quoque vim bonitatis suae infinitae quando necessum erit, infligere debet, adeoque potius culpam quam poenam remouere tenetur. 2) Si sublatisset matrimonii vinculum, ergo lex diuina permittens libellum repudii, non nisi adulteriorum fons fuisset quae tamen Deus sub grauisimo mortis periculo prohibuerat. — Legumlator quidem humanus soepe mala minora fert, vt tollat maiora, quia vtraque simul tollere nequit, quodque non tam bono priuato quam publico consulere debet. At dum Deus dedit libellum repudii ad vitanda coniugicia, an ideo permisit adulteria? — Neque repudium ex se malum esse, statim ab ingressu dissertationis paucis probaui.

§. IV.

Idem quoque apparet ex historia euangelica Matth. XIX., vbi Deus interrogantibus de libello repudii Pharisaeis, praeter abusum in scribendo repudio nil improbauit, quod vtique fecisset, nisi et ipsum vinculum solutum fuisset. Denique hoc constat ex *Iosepho lib. 9. antiq. c. 3.* idem diserte affirmante.

§. V.

Vxor repudiata reditura ad priorem maritum, cum alteri iam juncta fuerat, abominabilis quidem dicitur *V. 4.* Sed non quasi peccatum commisisset, alias nuptias celebrando, sed ob maculam ex lege Dei

Dei positiva secundo matrimonio contractam *f*) voluit nimirum Deus hac lege divortia difficiliora reddere, impedireque, ne maritus indiscretus pro libitu, ad vexandam solummodo vxorem talem scribat libellum, quum semper periculo amittendi repudiatam per secundum coniugium sese exponere debuit. Cuius legis altera insuper causa inuentu facilis, perspectuque facilior haec est: mortales sese amantes et coniugati, licet dissenso quaedam inter eos aliquando orta sit, facile tamen ad priorem redeunt amicitiam, vel saltem eandem redintegrare student. Hinc si primus repudiatæ maritus, coniugem pristinam post alterius obitum reducere posset, alter continuo sui trucidandi atque amicitiae restituendæ victima euadendi in periculo fuisset. — Aut si postquam maritus alter, primi precibus annuens sine eidem placendi studio abreptus sine pretio motus, coniugi suae libellum repudii scripisset; primo, repudiatæ antea suae denovo nubere viuente adhucdum altero licuisset, mox omne honestum ac decorum desiderari necessum fuisset.

f) confer. S. Thomas artic. 2. q. 3 ad 5.

§. VI.

Causas, quibus praesentibus, repudii libellum scribere licuerit, quod attinet, haud concordant auctores. Tres potissimum hac in quaestione sententiae obtinent: Prima, non nisi ob adulterium; altera ob adulterium aut fornicationem matrimonium praecedentem; et tertia pluribus ex causis permisum fuisse contendit. Et haec mihi melior visa, his ex rationibus. 1) Suadent id verba legis:

fi

si non inuenerit gratiam in oculis ejus: quae idem significant ac placere; quum verò complacentia variis ex causis tum physicis tum moralibus orti possit, patet adulterium vnicam repudiū causam haud fuisse. Imo si raedium ex venustatis defectu conceptum ad has causas pertinere aias, me haud habebis inuitum. Si enim sermo de sexu foemineo, vti Dentr. l. c. et dicat quis; haec puella inuenit gratiam in oculis meis; quilibet audientium iudicabit, complacentiam, quam ille in puella hac sese concepisit manifestat, potius ex eiusdem venustate, quam aliis de causis ortam esse, idque eo magis, quum dicat: *in oculis meis*, ea propter, quod oculus proprius ille sensus sit, quo pulchram venustumque percipitur. Idem ergo esset ac si diceret, puella isthaec mihi placet ob venustatem. Vnde, quis e contrario verborum: *si non inuenerit gratiam in oculis viri*, sensus sit, patet. Omne haec confirmatur voce N qua hic vititur Moyse, quaeque (licet, vbi de diuinis sermo est, sumitur pro favore diuino, tamen) iuxta idioma linguae hebr. tum praecipue adhibetur, quando de pulchritudine aut venustate sermo est.

§. VII.

Dices: haec vtique subsisterent nisi Moyse voce N , in sermone de rebus pudendis tantummodo adhiberi solita, vteretur. Verum aio hic latere tautilogiam. Hebraei solent voce N partes pudendas, non vero factum pudendum designare. Si vero haec voce in legis interpretatione abuti quis vellet, illud absurdum exinde fluere, viro licuisse scribere repudiū libellum quia vxor eius, foemina proprie talis nec monstrum est. Porro vox illa *nuditas* latioris signi-

significationis est, potestque absentiam cuiuscumque perfectionis verae, ad rei naturam pertinentis, denotare g) quod clarescit expressione in lingua germanica hoc modo facta: Diese Sache gefällt mir nicht, sie schmeichelt meinem Auge nicht weil sie nicht ist, ergo ex voce hac sola argumentum contra hanc sententiam depromi nequit.

2) In der deutschen Encyclopädie. B. voce Ehescheidung p. 1007. heißt es: will man sie (die Worte 727 111) genau bestimmen, so begreifen sie alle diejenige Dinge, wodurch die Absicht der Ehe gehemmt, und Freundschaft der verehelichten vollkommen zerstört und zernichtet werden, es mögen dieselben nun in natürlichen Zufällen, oder in dem moralischen Verhalten des Weibes liegen.

S. VIII.

Dicit porro: Licet etiam ex solo hoc loco statui certo non possit, adulterium unquam fuisse repudii causam legitimam, probari tamen poterit ex locis parallelis v. g. Jerem. III. 1. ubi Israelis abiectione a Deo facta, cum repudio comparatur, atque alia causa ibi inveniiri non datur, nisi ista: *quia fornicata es cum amatoribus multis:* Sed et haec nihil evincunt. Deus enim quando abiicit aut repudiat populum, ideo reprobatur, quia displicet, haec vero displicentia quum in Deo non nisi ex eo, quod homines negligent eius praecepta, seque ab eo auerant, idolis serviant, non autem aliunde, quod v. g. populus aut homo iste perpetuo cruciatur morbo, aut quod minus venustus, aut senexio sit, octum ducere possit; adeoque ex tali solummodo displicentia, neq

ex

ex alia in ipso locum haud habente repudiare queat; quomodo exin concludi potest? ergo Israelita, cui pluribus de causis vxor displicere potuit, repudiare nequiuit eam, nisi ob vnicam causam seu displicentiam et fornicatione carnali coniugis ortam, quia et Deus non nisi sola ex causa siue displicentia fornicatione spiritali existente repudiare potest. — Nonne potius contrarium inde sequitur, quum displicentia vera, repudii causa iusta statuatur? Denique si prescius huic loco inhaerere vellemus, sequeretur, contra clarum perceptum V. Moyl. XXIV. 4. licuisse, fornicariam repudiatam alterique iam nuptam, denuo accipere; quod nemo asseret.

§. IX.

Secundo pro hac sententia militat lex III. Moyl. XX. 10, vi cuius adultera lapidanda erat. Jam vero si adulterium solummodo causam repudii talis legitimam constituisset, iste libellus signum certum ac euidentis adulterii probatio fuisset, atque sic vxor lapidanda erat, adeoque lex inepte dixisset: *cumque egressa alterum duxerit*, nisi ironice id dictum velis, quod tamen nemini persuadere vellem, quum et mihi non possum, legumlatorem Moysem in materia graui iocatum fuisse. Dein quomodo finis legis V. Moyl. XXIV. qui fuit, vt euitarentur coniugicidia, obtineri potuit? Nonne potius eadem promouit?

§. X.

Si putes, impediri tamen coniugicidia potuisse, quod maritus, quin diffamaret, occulto potueritmittere

mittere coniugem suam. Respondeo utique marito repudianti nec obligatio perfecta, nec imperfecta incumbit, spargendi in vulgus, vxorem suam fuisse adulteratam. Sed quum Israelita non in eremo, sed in magna communitate sub tentoriis vixerit, quaeritur, quomodo latere potuerit, Israelitam v. g. Iacobum repudiasse vxorem, eamque (ex hypothesi quod adulterium vnica repudii causa fuerit) adulteram esse? — Ipsae circumstantiae in scribendo ac tradendo libello obseruandae v. g. praesentia duorum ad minimum testium, eorum subscriptio etc. (confer. *Mal-donati* Commentar. in Matth. 19.) repudium occultum non permittunt. — Quomodo igitur finis obtineri potuit? Ast altera sententia stante, fieri illud bene potuit ac debuit, sic enim, nota licet repudiata, nota tamen nondum fuit repudii causa, neque inferri potuit.

§. XI.

His accedit tertio locus V. Moyf. XXII, 14. vbi legitur: *Si vir quaesierit occasiones quibus dimittat vxorem*, plures ergo quam vna suppetebat occasio seu causa repudiandi.

§. XII.

Pro eadem sententia qto stat ipsa controuersa inter scholas Hillel et Sammai h) feruens. Hillel sc. insignis Rabinus scholae florentissimae moderator, quamlibet causam ad diuortium sufficere contendit, v. g. si carnes plus nimio decoxisset vxor, si legumen ambulasset, si suos iuxta mariti calceos posuisset etc. Huc vsque nulla adhuc de legis sensu controuersia in-
ter

ter Iudaeos apparuit. Legis ergo sensus eatenus sal-
tira quod pluribus ex causis vxor legitime repudiari
possit, indubius ac verus, constanti traditione pro-
pagatus fuisse videtur. Quando vero Sammaias a
magistro Hillel recessit docendo, vi legis mosaicae
non licere, qualibet ex causa leuiori repudiare vxo-
rem, sed non nisi tunc, quando obscœnum quid at-
que impudicum, cuius pars repudiata culparetur, in-
tercessisset: tunc prius ortae sunt inter Iudaeos con-
trouersiae ac dissensiones; quae vtique Hillel Ca-
thedram ascendente iam oriri debuissent, ni Iudaei
facultatem repudiandi vnicae causae adstrictam haud
esse, certo sciuisent ¹).

¹) De his scholis mentionem facit *Iosephus* lib. 14. antiq.
c. 17. et lib. 15. c. 1. et 15. atque *S. Hieron.* in *Italiae*
VIII. ait hos Scribas, Phariseosque prognerasse.

²) Non diffiteor tamen ipsum Hillel nimium extendisse fa-
uorabilem hanc legem, sed potius eundem ceu ineprum
legis interpretem arguo.

§. XIII.

Et 5to ex historia Matth. XIX. argumentum
deduci pro isthac sententia potest. Denique accedit
auctoritas *Origenis* homil. 7. in Matth. *Hilarii* Can.
4. in Matth. *Gregorii Naz.* oratione 31 de Matr. *Hiero-*
nymi in Matth. XIX. *Chrysostomi* homil. 62 alias
63. *Theodoreti* lib. 5. haeret. fabul. c. 16. *Fera-*
randi Diaconi in paraeneticoad Reginum comitem n.
19. *Primasi Vicensis* in I. Cor. VII. *Bedae* in
Marcum lib. 3. c. 10. *Vesiderii Erasmi* in para-
phrasi ad Marc. X. *Cardinalis Caietani* in Matth.
V. *Coruelii a lapido*, *Calmetii*, *Menochii*, *Esii*,
Tirini

Trini in V. Moyf. XXIV. et *Maldonati* in Matth. XIX. dicentis: solum Tertullianum lib. 4. adv. Marcion. inter PP. sententiae alterius esse, omnes vero alios, quos unquam legisset, pro hac sententia stare. Idem tradit *auctor traditionum hebr.* in lib. I. Reg. ac Paralip. atque recentiores Iudaei vi g. *Leo Modena* in Riti Ebraici P. 4. c. 6 ait: licere viro uxorem ceteroquin modestam repudiare, si ipsi displiceret. Consentunt porro *Grotius* in adnot. ad Matth. V. *Mischaelis* in seinem Mosaischen Rechte, 2. Th. S. 119. Die deutsche Encyclopädie voce Ehescheidung. *Fromberger* von der Zulässigkeit der bürgerlichen Ehe, 2. Hauptst. n. 19.

P A R S II.

IN LEGE NOVA HAUD VIDETVR EXTARE
LEX DIVINA PROHIBENS MATRIMONII
SOLUTIONEM PRO CASU ADVL-
TERII.

S E C T I O I.

AD PROBANDI S. SCRIPTURAE VERBA.

§. I.

Talis erat hac in re Iudaeorum status, talisque opinio-
num diversitas, ac sententiarum circa le-
gis huius sensum contrarietas, quum Christus in hunc
mundum veniens doctoris n. L. manus in se susci-
peret,

peret, quidue nunc ab hominibus perfectioris iam legis capacibus, obseruari Deus velit, promulgaret. Quomodo hic quaestionem de matrimonii vinculo controuersam diremerit, quam tulerit Christianis legem, medijs cognoscendi veritatem, quae nobis relicta sunt, inuestigabo. Singula tamen Ecclesiae iudicio, subiecta sunt; neque in hac disertatione mentis sum; sensui PP. in C. Trid. congregatorum contradicere.

§. II.

Omnium igitur primo loco ipsius Christi verba, et quidem illa Matth. V. considerata veniunt. Ex toto isthoc capite apparet, quod Christus ex professo turbac praesenti ideis mosaicis ante adhucdum imbutae, voluerit religionis suae principia proponere, atque talia praecipue, quae rudibus Iudaeis difficillima videri non nequiuere; quodque porro vt omnem eorum attentionem excitaret, suaeque legis ampliore perfectionem in lucem collocaret, semper specialem Moyfis legem citarit, tuncque nec approbando nec improbando illam, quid ipse velit obseruari, edixerit. Fluit hinc, Christum nequaquam merum legis interpretem fuisse, sed potius veri legumlatoris noui, qui leges veteres prae oculis habens populo declarat, quid in illis mutatum quid abrogatum velit, personam egisse. Porro eundem, quum in materia de repudio idem sit tenor, qui fuit in alijs huius instructionis partibus, aiaturque: *dictum est antiquis: (V. Moyf. XXIV.) quicumque (aut uxoris adulterio aut alia de causa legitima motus §. 6. seq. P. I. Sect. II.) dimiserit (dimissione matrimonii vinculum solvente) uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego*

autem

autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit (dimissione tali) k) uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam moechari: amplam repudiandi facultatem lege concessam abtulisse, eandemue in lege noua ad casum fornicationis restrinxisse.

k) *10. dimiserit* v. 32. eodem quo v. 31. sensu sumendum esse, iam sana ratio postulat quum legumlator nequidem humanus, inter legis promulgationem, eidem vocabulo et quidem principali, varias significationes, quibus legis sensus obscurus euadit substituere, ac idem vocabulum in quo legis summa refidet a significatione populo notissima, ad plane ignotam transferre censendus sit.

§. III.

Idem apparet ex Matthaeo c. 19. narrante Pharisaeos Christo infensissimos, nullamque eius auctoritatem minuendi occasionem e manibus dimittentibus, accessisse ipsum interrogantes: an quacunq; ex causa licet homini dimittere uxorem? tentantes sc. num Christi doctrina Matth. V. 32. proposita, ex ipsius legis ignorantia, aut aliunde emanarit. Christus autem probe aduertens quid velint, se legis imperitum haud esse, ipsa responsione probare voluit, totamque repudii historiam exponere mentis erat, dicendo: Adamum quo tempore creauit Deus, non nisi duo exitere homines artificio inter se vinculo nexi, vt quasi vnum essent. At Pharisaei calumniam diuinae cupidine abrepti, diutius omnimodam decisionem expectare nolentes interposuere: quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii et dimittere? Ad quae Christus reposuit, scio Moysen vobis amplam dimittendi licentiam dedisse, sed nequaquam libenter istud fecit

fecit sed ob duritiam cordis vestri, nec negavi unquam Moysen hoc permisisse, dixi tantum ab initio ubi Deus hominem creavit rectum, ipseque nondum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum infectus erat, non fuisse sic. Postea vero ubi omnis caro corruerat viam suam, atque concupiscentia dominari coepit, vosque duri corde evasistis, Moyses ad maiora praecavenda mala illud concessit. Ego autem novus legislator, dico vobis legis perfectioris capacibus, quia quicumque dimiserit dimissione tali matrimonii vinculum solvente, uxorem suam, nisi ob fornicationem *l)* et aliam duxerit, moechatur. Christus ergo Pharisaeis concedens Moysen pluribus ex causis libellam repudii permisisse, istum non nisi intercedente fornicatione scribere permisit.

l) Vetus editio Complutensis legit: *non dixi negavit*, atque ita legit Syrus Sc. *quum non sit adultera*.

§. IV.

Obiicies: haec verba intelligenda sunt, de separatione quoad thorum et mensam, non vero de dimissione quoad vinculum. B. N. Nam praeter iam dicta (nota *h*) sequeretur et illud absurdum, ecclesiam contra speciale Dei praeceptum errare, separando se, pluribus de causis coniuges quoad thorum et mensam *m*). Si vero negas illud sequi, ea propter, quod Christus hic non simpliciter unam legitimae separationis causam assignavit, sed, quae causa ad perpetuam praecise separationem sufficeret, indicare voluerit; tunc repono: minus consona est Christo responsio isthaec, et vereor ne iniuria afficiatur, dum dicitur legumlatorem excellentissimum tam parum apposite

opposite ad quaestionem propositam respondisse. Pharisei enim interrogantes de nulla alia cogitarunt dimissione, nisi de ea, qua dirimitur ipsum vinculum; 1) quia tales simplices separationes apud Judaeos plane non fuisse in usu, vel saltem rarissime contigerunt. 2) Quia citantur Moysis constitutionem (§. 2. P. I. Sect. II.) Christus ergo apposite ad quaestionem respondere debuit, nisi interrogationem male intellexisset dicatur. Quod quum absurdum, atque Christus iisdem quibus interrogatus, verbis responderit, mihi dabo caret eum locutum fuisse de dimissione matrimonii vinculum solvente. Dein quis persuadebit sibi Christum interrogationem Phariseorum, responsione sua, subtilissime et mentali quidem restrictione ita distinguisse et subdistinguisse: Matrimonium solui potest quoad vinculum, nego; quoad cohabitationem, subdistinguo, ex pluribus causis, idque in perpetuum, nego; ad tempus quoddam, concedo. — Sane Scholastici antiquioris distinctionem hanc esse, si diceretur, non diu negaturus esset dicti veritatem; at talia ex ore sapientissimi legislatoris profuissent vix ac ne vix credam.

m) confer. Samuelis Klein de Szad dis. canonica de matrimonio iuxta disciplinam Graecae orientalis ecclesiae conscripta; Vindobonae 1781. §. 107. p. 126.

§. V.

Neque sententiae aduersae patrocinari possunt verba Matth. V. v. 43. odio habebis inimicum quasi ibi Christus voluisset tantum falsas legis interpretationes corrigere, atque sic merus legis interpret hoc loco fuerit. Nam licet priora solummodo verba

ipfis-

ipfissima in Lege sc. III. Moyf. XIX. 18., fequentia
 vero non eodem praecise tenore contineantur, atque
 absolute a Moyfe dicatur: odio habebis inimicum,
 id tamen non obstat quominus Chriftus haec verba
 et quidem quafi in Lege contenta, adhibere potuerit.
 Dicitur enim II. Moyf. XXIII. 32., *non inibis cum
 inimico foedus, nec des ipfi habitationem in terra
 tua; XXXIV. 12., nec amicitiam cum eo inea,
 fed V. Moyf. VII. 2. percuties eum usque ad inter-
 necionem, nec miferereberis eiusdem: quid aliud vero
 ifta volunt, nifi haec: odio habebis inimicum.*
 Si vero quis praecise verbis: *odio habebis*, inhaerere
 vellet, dico Chriftum voces has ibi haud fenfu ad-
 hibuisse alio, quam quo eas Lucae XIV. 26. adhibuit,
 dicens: *Qui non oderit patrem suum et matrem et
 uxorem, et filios et fratres . . . non potest meus esse
 discipulus.* Sicut ergo hic per *ro* odio habere, fuga
 parentum infidelium, minorque cum ipsis familiari-
 tas, si animae falus periclitaretur, intelligenda est,
 ita et Matth. V. per eiusdem Chrifti dicta intelligenda
 erit fuga idololatrarum, quam certe Legis verba fu-
 pra citata innuunt, imo plus exigunt, quum et hi
 inimici siue idololatrae ad internecionem delendi
 erant. Hinc dici nequit Chriftum voluisse falas legis
 interpretationes corrigere, quum expressio isthaec
 relate ad Legem in fenfu magis proprio ac illa Lucae
 I. c. fumenda fit; atque ex toto capite appareat Chri-
 stum leges suas novas promulgasse, minime vero
 antiquas explicasse.

S. VI.

*Dicis: nisi admittatur Chriftum solummodo
 Legem interpretatum, aut eius verba de sola separatione intel-*

intelligenda esse, sequitur Matthaeum, *n*) et Marco *o*) et Lucae *p*) contradicere. At sequelam hanc nego; etenim licet et Marcus et Lucas dicant, Christum pronunciasse, non licere homini dimittere uxorem, ipsi tamen Matthaeo haud contradicunt. Quod patet, si attendamus ad circumstantias utique diuersas. Marci X. Pharisei; generaliter tantum interrogarunt Christum, an liceat viro dimittere uxorem. Hinc Christus apposite ipsis respondere volens, et generaliter ait: non licet separare, quod Deus coniunxit. Sic et Lucae XVI. generaliter tantum proponitur veritas. Aliter omnino res se habet apud Matthaeum; nam 1) capite quinto Christus eum legislator non solum legem generalem, sed et exceptum casum promulgare debuit *q*); et 2) capite XIX. alia fuerat quaestio proposita, sc. *an quacunq[ue] ex causa licet dimittere uxorem*, et Christus apposite respondens ait, non licet homini quacunq[ue] ex causa dimittere uxorem, sed solum fornicationis causa. — Exemplo patebit omnis res. Ponamus ergo Phariseos interrogasse: an licet occidere hominem? Certe Christus respondisset, non licet, dictum enim est antiquis, non occides; sicque generaliter respondendo absoluisset quaestionem generalem. — Ponamus nunc eosdem ita quaesuisse; an licet quacunq[ue] ex causa occidere hominem? Numquid Christo nunc aliter respondendum fuisset? nec suffecisset reposuisse; non licet quacunq[ue] ex causa occidere hominem, quia sic ulteriori interrogationi locus remansisset, quaenam sit illa causa, de qua liceat occidere? Si ergo Christus statim apposite respondere voluisset, uti cuiuscumq[ue] hominis prudentis, et a potiori legislatoris est, praecipue quum

de legis sensu agitur, ita respondere debuisset: dictum est non occides, non enim licet separare homini corpus et animam, quae Deus coniunxit; igitur quicumque occiderit hominem privata auctoritate praeter casum necessitatis, iure defensionis scilicet, et seruato moderamine inculpatae tutelae, homicida est, nec partem habebit in regno Dei. Quaestio enim sic proposita, iam ex parte interrogantis supponit notitiam causae iustae necis, et ex parte interrogati supponit, eundem etiam admittere talis causae existentiam. Sicut ergo hae responsiones variae pro variis interrogationibus sibi haud repugnant, ita a pari etc. r) Accedit, quod Marcus hoc capite non anxie, atque praecise Christi verbis adhaeserit, sed notatu dignissima alia, quae facile ex idearum combinatione cogitari potuerunt, omiserit. Denique nec Marci aut Lucae, sicut Matthaei scopus exegit, expressè clausulam isthanc apponere.

- n) Cap. V. 32. Ego (Christus legislator) dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: et qui dimissam duxerit adulterat. Et XIX. 3. Accesserunt ad eum (Christum) Pharisei tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? 4. Qui respondens ait eis: . . . Dico . . . vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur: et qui dimissam duxerit, moechatur.
- o) Cap. X. 2. Accedentes Pharisei interrogarunt eum (Jesusum): Si licet viro dimittere uxorem, tentantes eum. At ille respondens dixit eis: . . . Quod Deus coniunxit, homo non separet.
- p) Cap. XVI. 18. Omnis qui dimittit uxorem suam, et alteram duxit, moechatur: et qui dimissam a viro ducit, moechatur. q)

2) confer. Boehmer. J. E. P. lib. 4. tit. 19. §. 7.

7) confer. Fromberger. l. c. no. 20.

§. VII.

Alia saltim adiuncta, hic de separatione sola
fermonem prodere putas, eo quod dicatur: *quod
Deus coniunxit, homo non separet*. Sed, si verba
in sensu strictiori sumantur, quasi nulla omnino ex-
ceptio valeret, tunc nimium probant, ergo nihil.
Sequeretur enim 1) non licere iudici hominem morti
addicere, quum separaret corpus ab anima, quae
Deus arctissimo nexu coniunxit. 2) Multo minus
licere id, si homo vxoratus sit, quum sic non solum
corpus ab anima sed et maritum a coniuge separaret.
3) Ecclesiam tolerasse semper maxime absurda, et
legi diuinae e diametro contraria, non damnando
legem eam civilem, qua in adulteros poena capitis
statuta fuit, atque separabantur, quos Deus coniunxit.
Constat denique quod iuxta V. Moys, XXIV, marito
facultas fuerit sese a coniuge separandi, ergo verba
illa non ita stricte sumenda sunt, vt nulla exceptio
locum habere possit. Ita intellexerunt *Tertull.* lib.
IV. adu. Marcion. *Christophorus Marcellinus* lib. I.
de auctoritate. R. P. contra Lutherum Sectione I.
Con. Tolletanum de an. 681. Can. 8. etc.

§. VIII.

Neque obest quod dicatur: *ab initio non fuit*
sic. Nam praeter iam dicta (§. 3.) ulterius dico.
Si verba illa absque vlla ratione circumstantiarum
sumere quis velit, atque exinde inferre, ergo nunc
aliter

aliter non est, aut esse potest, sequeretur etiam homines nunc existentes peccato originali infectos haud esse, eoquod ab initio non fuerit sic. Sensus ergo est: *ab initio non fuit sic*, ut leuissima quavis de causa matrimonium solueretur; (vri vos facitis, nimium extendentes repudiandi facultatem,) sed non nisi ob causas matrimonii fini obstantes. Dicta igitur haec, quum ab initio, seu in lege naturae ob fornicationem repudiare licuerit, non probant matrimonii vinculum insolubile, sed eius ruptionem ex causis inanibus attentatam, reprobant.

§. IX.

Pauli verba ad Rom. VII. s) sententiae huic haud praepiudicare, ex ipsius scopo patet. Nil aliud ipse intendit, nisi Christianis ex iudaismo conuersis demonstrare, Legem ipsos non amplius obligare. Quod ut possit, instituit comparationem coniugis inter, ac legem ab homine susceptam t), dicendo: quemadmodum se res habet coniugis cum marito, ita se res habet hominis cum lege. Sicut enim coniugi non licet, cum alio viro commercium habere, aut alteri nubere, quamdiu ipse maritus primus vixit, aut eandem libello repudii non soluit ab obligatione manendi cum ipso; (ad Iudaeorum morem hic respicit) ita etiam homini non licet, sese ab obligatione legis eximere. Tunc enim primo a lege liber erit, quando lex mortua, abrogata est, sicut mulier tunc demum libera euadit, alterique nubendi facultatem obtinet, quando maritus ipse libello repudii eam ab obligatione soluit, aut mortuus est. Ex hisce ita concludit. Vos ergo quin spirituales
adul-

adulteri estis, Euangelium Christi potestis suscipere ita quidem ut Lex vos omnino non amplius obliget, mortua est enim Lex, ad tempus solummodo subsistens Lex, vos nunc ab obligatione soluit. Ex hisce igitur sententia haec non labefactatur, quum non loquatur apostolus de Euangelio, sed conformans se auditoribus suis, de lege Moyse v).

- 5) 1. An ignoratis fratres (Scientibus enim Legem loquor) quia Lex in homine dominatur quando tempore vivit? 2. Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. 3. Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, et non sit adultera, quum fuerit cum alio viro. 4. Itaque fratres mei, et vos mortificati estis Legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.
- 6) Scopum hunc Paulo fuisse, fatetur et *Ensebius Amort* in *Demonst. critica relig. Cathol. P. I. q. 15.*
- 7) *Maldonatus* in *Matth. XIX.* videtur quoque mentis fuisse, illa Apostoli verba, sententiae huic non ob stare, quum inter plures obiectiones ex SS. desumptas, nequidem huius loci mentionem faciat.

§. X.

Demum nec illa Pauli verba I. Cor. VII. 10. *) nocent rei huic, quum generaliora sint, nec omnem exceptionem arceant, uti observat *Hugo Grotius* in adnotationibus ad *Matth. V.* Admittenda igitur erit clausula: nisi ob fornicationem, uti iam ipse *August.* lib. I. cap. 3. de adult. coniug. censuit 4). Deinde hic sermonem non esse de discessione quae fit ob forni-

fornicationem, sed tantum de ea, quae ob similitatem accidit, ut crebro in familiis fieri solet, patet ex adhortatione Apostoli, ut invicem reconciliarentur, quod suadere non potuisset, quin virum imprudentem reddere voverit; ut iam *Theodoretus* et *Grotius* in hunc locum adverterunt.

x) *Is, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere: II Quod si discesserit manere in nuptiis, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat.*

y) Ita textum hunc intellexere et *Orig.* tract. 7. in *Matth.* *Chrysostomus* homil. 19. in h. l. *Ambrosius*: expositione I. h. l. *Theodoretus*, *Auctor Commentariorum B. Pauli*. *Primasius Vticensis*, *Beda* atque *Cardinalis Cajetanus* in hunc locum.

§. XI.

Hisce nunc ex S. S. pertractatis, cum fors plures sint, quibus ista minus clara, aut praepropere dicta videntur; quique de veritate sententiae adversae convictos sese credunt; ulterius quid in explicatione S. Scripturae textus controuersi oportet, praestabo. Traditionem nimirum circa hoc punctum exponam, quum isthaec sit fons, unde non solum theologus priuatus, responsa sua; sed et tota ecclesia decisiones suas haurire debet. Quid inde PP. docuerint, quid concilia decreuerint, ordine chronologico proponam; ut, an traditio vniformis, an varians fuerit; atque pro cuius sententia potius stet, facile perspicere possit.

SECTIO II.

CONFIRMAT TRADITIO ECCLESIAE.

CAPVT I.

Mens PP. atque Theologorum sententiae *).

§. I.

§ E C. I.

Exordium sumo ab *Herma* quem in *Pastore lib. 2. mand. 4.* hanc quaestionem primo agitantem inuenio, ait sc. „Quid si, permanferit in vitio (adulterio) mulier? Et dicit (Angelus) dimittat illam vir, et vir per se maneat; quodsi dimiserit (vir) mulierem suam et aliam duxerit et ipse moechatur. Quod si mulier dimissa poenitentiam egerit, et voluerit ad virum suum reuerti, si non receperit eam vir suus, magnum peccatum sibi admittit. Sed debet admittere peccatricem, quae poenitentiam egit, sed non soepe. Seruis enim Dei poenitentia vna est. Propter poenitentiam ergo non debet dimissa coniuge sua aliam ducere . . . Vt coelibes maneatis (tali in casu) tum vir tum mulier, propterea praeceptum est, quia potest in huiusmodi poenitentiae esse.” *Hermas* igitur non negat solui matrimonium ob fornicationem, nec ait, Christi lege vetitum esse repudiare coniugem adulteram et alteram ducere, sed tantum negat solui istud in casu vbi vxor semel adulterata est; quae sententia ex illius temporis disciplina ortum ducere videtur a).

*)

*) Notandum hic ab tractationis huius initio: Inter textus ss. PP. a me allegatos, reperiri tales, qui sententiae contrariae videntur fauere; hosce vero, non probandi gratia, sed eo solum ex capite interpositos esse, ut quam fluctuans in hac quaestione, traditio fuerit, appareat.

a) Confer *Cottelerius* in hunc l. et *Grotius* l. c. qui ferme ita sentit, atque adducit *Clement. Alexand.* asserentem, plures Christianos spe poenitentiae ab adultera agenda, a secundis nuptiis, et quidem libere, abstinuisse.

§. II.

SEC. II. *Iustinus M.* apollogia II. pro Christianis sub *Antonino Vero*, ad Senatum data, postquam ostenderit, solum verbum Dei, in mutandis hominum moribus praestitisse id, quod leges humanae nequaquam efficere poterant, subdit, „Ne autem cauillari ista videamur, paucae quasdam ipsius Christi doctrinas, commemorandas esse putauimus Dixit; qui repudiatam a viro altero duxerit, adulterium comittit.“ Sanctus igitur Pater 1) nihil commemorauit de eo, quod viro, fornicariam repudianti liceat, adeoque quid in hoc casu inris sit, ad doctrinam Christi haud spectare putauit. 2) De muliere dimissa generaliter solummodo loquitur, non attingens exceptionem notam, quam tamen subintellexisse videtur, propterea quod tantum *Matthaei V. et XIX.*, non vero *Marci et Pauli* verba citarit. Vel si istud nolis, dico, omne quod scripsit, non nisi in partem dimissam, non vero dimittentem, cuius iura laesa sunt, cadere.

§. III.

SEC. III. *Tertullianus lib. IV. adu. Marcion.* c. 33. postquam contra hunc haereticum fufe ostenderit

fat, Christum nec creatori atque iuris naturae auctori, nec Moyfi circa facultatem repudiandi contradicere, sed eundem potius et Patris diuini institutionem, et Moyfis constitutionem protegere ac confirmare; subdit: „Praeter ex causa adulterij, nec creator disiungit quod ipse coniunxit. — Habes igitur Christum vltro vestigia vbique creatoris ineuntem, tam in permittendo repudio, quam in prohibendo.”

Idem, in lib. de Monogam. c. 9. ait: „Tam repudio matrimonium dirimitur, quam morte.” confer. etiam lib. II. ad vxorem c. 1. de secundis nuptiis b).

b) Cabnet comment. in Matth. XIX, Klupfel in disl. de mente Tertulliani, circa indissolubilitatem matrimonij et Rigaltius ad l. 1.

§. IV.

Clemens Alexandrinus lib. II. Strom. haec habet: „Scriptura consulit vxorem ducere, et nec a coniugio permittit ynquam discedere, legem dum aperte constituit: non dimittes vxorem, praeter ob fornicationem. Adulterium autem existimat coniungi matrimonio dum alter viuuit ex separatis” Duo ergo hic statuit, sc. 1) non licere in casu separationis coniugum, aliud contrahere matrimonium; et 2) licere in casu fornicationis dimittere vxorem, dimissione utique tali, qua dirimitur coniugium. Quod inde apparet, quum dicat: „Moyfis ac Christi lex nequaquam inter se pugnant, sed consentiunt, quum vtramve vnus suppeditauerit dominus” iam vero, quum vi Legis matrimonij vinculum in casu adulterij certe soluatur,

soluatur, vel iuxta III. Moyf. XX, 10. vel iuxta V. Moyf. XXIV, Lex vero et Euangelium consentiant, eoquod vnum auctorem, eundemue Deum, sibi contradicere haud valentem, habeant; consensus autem iste non in eo quod adultera lapidanda sit, inueniri detur, vtique in eo quod adultera dimitti, aliaue duci possit, consistere debet. Hinc fuit et hunc S. P. mentis fuisse, in casu fornicationis matrimonium solui. Quod confirmatur ex eo, quod et *Origenes*, quem in materia non leui, doctrinae magistri potius, quam propriis ratiunculis adhaesisse praesumo, eiusdem opinionis fuerit.

§. V.

Dicit autem *Tract. VII. in Matth.* „Scio quosdam qui praesunt ecclesiis, permisisse aliquam nubere, viro priori viuente adversus ea, quae ab initio scripta sunt: Dico autem vobis, quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob causam fornicationis et aliam duxerit, moechatur, Post haec autem non permittit dominus propter aliam aliquam causam dimittere, nisi propter causam fornicationis, dicens: Quicumque dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, facit eam moechari. Quaerendum est autem, si propter solam fornicationem, dimittere iubet vxorem. Quod si mulier non fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit an dimittenda? Non, quum dominus excepta causa fornicationis dimittere vetet.” Haec ita clara sunt, vt extra lectionem nihilo opus habeas, ad perspicendum; *Origenem* h. l. illos solummodo ecclesiae praesules perstringere, qui pluribus ex causis matrimonium dirimi permittentes, contra

contra scripturam, propter aliquam aliam causam, nisi fornicationis, diuertium haud concedentem fecerunt. Verbotenus igitur Evangelio adhaerens, parti innocenti concedit ius repudiandi adulteram; quod et *Geruasio lib. V. de Sacram. Matrim. c. 4. p. 841*, candide fatetur.

§. VI.

Quod Seculo III. deprehendimus, istud et SECVLO IV. soepius inuenimus; et primo quidem apud *Lactantium in Epitom. Instit. c. 6*, dicentem: „Ideo praecepit Deus non dimitti vxorem, nisi crimine adulterii reuictam, vt numquam conjugalis foederis vinculum, nisi quod perfidia rupit, resoluatur.” *Bibl. M. PP. T. 3.*

§. VII.

Sensum huius Seculi, circa hanc quaestionem confirmat *Constantini M. imperatoris lex 3. C. Theodos. Tit. 16. de repud.* Eam vero, quoad solutionem in casu fornicationis, ecclesiae sensui nequam repugnare, sequitur ex eo, quod nulla Synodus oecum. in oriente aut occidente celebrata constitutionem hanc, (quoad hoc intellige caput) ad examen reuocarit, et ne seruaretur, vetuerit. Porro nullus antistes Constantino contemporaneus nec Romanus nec Alexandrinus nec Antiochenus, nec Constantinopolitanus aut Solymitanus, de hac constitutionis parte querelam mouit, eamue quasi cum Evangelio pugnantem reiecit. Imo Synodus generalis VI. Act. 8. Constantinum ceu fidei christianae conservatorem praedicat. — Quod subsequentes nonnulli PP. leges eius-

medi

modi redarguerint, inde fortassis factum est, quia
nimium generales fuerant.

§. VIII.

Hilarius quoque *Pictaviensis* huic sententiae ad-
stipulatur, dum *Can. IV. in Matth.* ait: „Si alii ex
discessionis necessitate nubenda sit, nullam aliam cau-
sam definendi a coniugio, (fides evangelica) praescri-
bit, quam quae virum prostitutae vxoris societate
pollueret.“

§. IX.

Consentit *Epiphanius* haeresi 59. ita scribens:
„Qui non potuit contentus esse vna mortua, aut
ob aliquam fornicationem aut adulterium, aut separa-
tione ob aliquam causam malam facta; quum diuina
Scriptura eum non accuset, si aut vir secundae con-
iungatur vxori, aut vxor secundo viro, neque ab ec-
clesia et vita abdicat, sed suffert propter debilitatem:
non tamen vt duas vxores simul habeat, sed vt ab vna
separatus secundae si ita contingat, (si iubet) lege
(legitime) copuletur“ c).

c) *Petavius* in adnotationibus ad h. haeresin diserte notat, S.
Epiphanium innuere, coniugium in casu fornicationis
solui.

§. X.

Basiliius M. in epistola ad *Amphilochium* sic
mentem suam *can. 9.* aperit: „Domini dictum secun-
dum sententiae consequentiam, ex aequo et viris et
mulieribus conuenit, quod non liceat a matrimonio
disce-

discedere praeterquam ob fornicationem. Consuetudo autem; non ita habet, sed in mulieribus quidem multum accurate et diligenter observari inuenimus... Consuetudo vero etiam adulterantes viros, et in fornicatione versantes iubet a mulieribus retineri. Quare quae cum viro dimisso cohabitavit, nescio an possit adultera appellari. Crimen enim hic attingit mulierem, quae et quamnam ob causam dimisit." S. igitur *Basilii* ab hac sententia alienus haud est d).

d) Quae S. Pater in *lib. de Virginitate* ait, intelligenda sunt, de tunc temporis vigente consuetudine, vel dimissione, iurgii aut verberationis causa, suscepta. Conf. *Balsamon* et praecipue *Zonaras in h. Can.*, *Klein de Scad. diss. c. p. 127. seq.* *Geruasio l. 1. Maldonatus l. 1. atque Covarruvias iurista Hispanus cum Boehmero l. 1. §. 20 fin.*

§. XI.

Clarius adhuc loquitur *Gregorius Naz., orat. 31. de matr.* dicens: „Lex quidem omnes ob causas libellum repudii dat. Christus vero, non omnes ob causas, (libellum repudii dat,) sed separare ab adultera tantum vxore permittit.“

§. XII.

Contemporaneus huic, *Ambrosius lib. I. de virginibus c. 1.* ait: „Quomodo autem Dominus diuortium praecepisset, quum ipsius sit sententia, quia nemo dimittere debet vxorem, excepta fornicationis causa.“ Ibi igitur negat tantum, Christum praecepisse diuortium, non vero negat, Christum in fornicationis casu illud interdixisse. Quod ulterius patet

ex



ex lib. VIII, c. 69. in *Lucae XVI*, ubi ita scribit:
 „Quare dimittis uxorem quasi iure sine crimine, et
 putas tibi id licere quum lex divina probi-
 bear.” Acriter igitur in illos solummodo inuehitur,
 qui absque crimine dimiserunt uxores, quum isthuc
 lege Dei prohibitum sit; nihil vero dicit de iis, qui
 propter crimen (fornicationis) dimittunt uxores.
 Hoc ergo lege Dei prohibitum haud censuit e).

e) Ulterius istud patet ex reflectione super eius charactere,
 et sanctione legis *Theodosii*, qua praemisso repudio, ma-
 trimonium solutum est. lib. V. C. Tit. 17. de repud. l. 8.
Ambrosius sc. qui auctoritatem episcopalem omni meliori
 modo tueri adlaboravit, atque in disciplinariis nequi-
 dem conuiuere scinit; adeo ut referente *Theodoro*, per
 8 menses ipsum *Theodosium* Mediolani ab ingressu eccle-
 siae prohibuerit, donec serio poenituerat. — An hic
 vigilantissimus Zelator eundem *Theodosium*, talem nunc
 legem statuentem, impunitum atque incorrectum reli-
 quis se confensus est, si solutionem matrimonii, expres-
 sae Dei legi contrariam credidisset. Certe in alias huius
 legis partes acriter inuehitur. — Quod *S. Ambrosius* lib.
 I. de *Abraham* c. 7. ait, non obstat sententiae nostrae;
 quum nonnisi in genere, seu in thesi veritatem proponat.

§. XIII.

Idem (f) in expositione *B. Pauli ad Cor.*
 C. 33. abnegat vxoribus facultatem transeundi ad
 nouas nuptias, abiecto licet ob adulterium viro, ma-
 ritis autem eandem tribuit, dicens ad illa verba:
 „Et virum uxorem non dimittere”, subauditur ex-
 cepta causa fornicationis. Et ideo non subiecit sicut
 de muliere dicens: quod si disceserit, manere sic:
 quia viro licet uxorem ducere, si dimiserit peccantem.”

f) Mat-

f) *Maldonatus* in *Comment. ad Matth. XIX.* atque *Philippus Libbæus* huncce commentarium in dubium vocant; ille *Remigio*, hic *Hilario* ecclesiae Rom. diacono eundem adscribentes. At si *Remigii* sine *Lugdunensis* sine *Remensis* est, inde liquet, huius *Commentarii* doctrinam Gallicanae ecclesiae moribus non repugnasse, *Remigius*, ut ea ferebat aetas, vir erat doctissimus. Si vero *Hilarii* est, inde (licet *Luciferianus* a *S. Hieronymo* dicatur, tamen quum error de origine animae per traducem, nullum cum doctrina solubilitatis vel insolubilitatis matrimonii nexum habeat) mens *Innocentii* (§. 16.) eoquod ipsi aequalis fuerit, colligitur, atque liquet illam doctrinam ab Romana non abhorere ecclesia, dummodo non fuerit alia tunc in ea, alia tempore *Gregorii* (§. 39.) *Zachariae* (§. 40.) *Eugenii* II. (cap. II. §. 14.) et *Leonis* IV. (§. 43.) doctrinam, de solvendis ob adulterium matrimoniis.

§. XIV.

Asterius Amasenus episcopus, a Synodo Nicaena II. act. 4 et 6, atque ab Hadriano I. in lib. de Imaginibus laudatus, atque circa annum 380 vitam viuens, adeo clare atque euidenter pro hac sententia militat, ut ipse *Tournely* sententiae aduersae patronus, eum omnino omittendum esse dixerit, quum inter clara loca plura aiat iste episcopus, „*Exstimite (fideles) et omnino vobis persuadete, matrimonia morte tantum, et adulterio dirimi.*”

§. XV.

Non minus clare loquitur *S. Chrysostomus* pluribus in locis, et nominatim in *homil. 19. in I. Cor. VII.*, ubi inter plura speciose dicta, lectuque dignis-

dignissima, ait „In casu fornicationis iam solum est matrimonium” et paulo inferius „post fornicationem maritus non est maritus” 2) In sermone 20 de libello repudii, ait: „Adultera nullius est vxor” 3) Idem ferme iisdem verbis dicit in *homil. 26. in Genes.* 4) In *Isaiae III. et V.*, denique in *homil. 17. in Matth.* g) Vidimus nunc totam seculi IV. traditionem pro nostra sententia stantem, Qualis autem fuerit sec. V. nunc inquirendum.

g) Verba S. P. in *homil. 63. in Matth.* intelligenda sunt de repudio ex causis insufficientibus et inanibus suscepto vbi sc. vxor adhuc est vxor, et maritus nondum desit esse maritus.

§. XVI.

Sec. V. Exordior ab *Innocentio I.* qui *cap. 6. epistolae ad Exuperium Tolosanum* ita scribit: „Qui vxore viuentē, quamvis disociatum videatur coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque postunt adulteri non videri.” Notandum vero hunc pontificem generaliter tantummodo loqui, eoque aliter loqui non potuerit, quæstio enim ab Exuperio sibi proposita generalis fuit, qualis autem interrogatio, talis responsio.

§. XVII.

Descendo nunc ad duos PP. quibus patroni sententiae aduersæ magnopere gloriantur sc. ad *D. Hieronymum* et *S. Augustinum*, quali vero fundamento insultent, nunc disquiram, incipiendo a *D. Hieronymo in Comment. ad Matth. XIX. dicente* „Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat affectum, imo cum illa

illa vnam carnem in aliam diuiserit, et se fornicatione separauerit a marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura (Proverb. XVIII.) *qui adulteram tenet stultus et impius est*, vbicumque igitur est fornicatio aut fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur." Hic igitur vxoris dimissionem, si et suspicio fornicationis tantum adfit, haud illicitam esse profiteretur, quin imo hanc dimissionem, in casu fornicationis certe peractae, inter mariti obligationes perfectas numerat iuxta illud Proverb. XVIII. Nunc vero pergit: „Et quia poterat accidere vt aliquis calumpniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptiarum veteri crimine impingeret: sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam prima viuente non habeat. Quod enim dicit tale est, si non propter libidinem sed propter iniuriam dimittis vxorem." Interdicit ergo hic secundas nuptias superflite repudiata. Sed Q. An pro omni fornicationis casu, an solum pro casu adulterii nondum probati, quando vir vxori crimen hoc tantummodo impingit, vt ditiozem, venustiozem, iuniozem ducere possit, non autem ideo, ne ipse stultus ac impius fiat, interdicit secundas nuptias? Veritati similis de illo solummodo casu istud edicit. Id ipsa verba volunt, quibus inter adulterium probatum et praesumptum distinguit, ita, vt in casu primo liceat, quod in secundo non licet. Ait enim „quod (Christus) dicit tale est: si non propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis vxorem." Quae verba vtique differentiam indicant, quae vero haud subsisteret, si in vtroque casu nil nisi simplex dimissio locum haberet. Verba eius hinc tali modo supplenda videntur: Si non propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis

tis vxorem, licet, vt priore vivente aliam habeas: — Nihilominus fateri non nequeo, Hieronymum etiam in casu adulterii certe existentis, dissuadere aliud coniugium, quum res periculosa nimis, fidelitati venustae cuiusdam sese totum committere, sic enim ait: „Quare expertus infelices priores nuptias, novarum te immittis periculo?“ Verum haec verba non negant, sed potius probant, marito, infelici coniugio siue adulterio comperto, licitum fuisse, novarum periculo se immittere.

§. XVIII.

Nunc pergens atque de vxoribus repudiatis agens Hieronymus, ipsis facultatem omnem, secundum contrahendi matrimonium, etiam post viri mortem abiudicat dicendo. „Et quia meretrix, et quae semel fuerat adulterata opprobrium non timebat, secundo praecipitur viro, quod si talem duxerit sub adulterii sit crimine.“ Haec vero marito innocenti haud nocent, sed adulterae solum. S. Hieronymus nimirum iam in antecessum divortiorum multitudinē aggerem ponere mentis erat, sciens quippe, mulierem, cui libera facultas, ad novas transuolandi nuptias, cuique mariti character, atque in adulteram odium auersioque perspecta essent; si hodie plus delectaretur alio viro, cras nullam adulterii committendi occasionem e manibus dimisuram esse, vt a marito innocenti atque egregio repudiata, mox neo amatum ducere possit. — Sed neque hoc in praxi receptum, vt adultera publica dicatur. — Quod si vero contingeret, vir talis vtique certo sensu adulter vocari posset, quum sciat, eam, quae semel fuerat adultera

adulterata, opprobrium ulterius non timere, data occasione iterum adulterari, atque dimittendi facultatem facere; adeoque talis non eo ex fine, ut stabile cum ipsa coniugium ineat, sed ideo solum, ut sub decore matrimonii titulo, in concubinato viuat, nuptias hasce celebret. Evidens quoque est, quod si adulterae libera facultas esset, alia aliaue contrahendi matrimonia, mox in ciuitate omnia coniugia exulare, atque promiscuum concubinatum dominari necessario debere. In hisce igitur lubentissime adfentior S. Patri.

§. XIX.

Quam loco praeced. adulterae abnegauit facultatem, eandem: *epistola* 30. alias 94. ad *Oceanum*, eripit adultero dimisso.

§. XX.

Denique in *epistola* 147. ad *Amandum Presbyterum*, coniugibus tum dimissis, tum dimittentibus secundum matrimonium ineundi omnem causam amputauit.

§. XXI.

Ex hisce nunc liquet *S. Hieronymum* foeminis adulteris omnem facultatem in posterum nubendi denegasse (§. 18.) atque dimittentibus ipsis coniugibus eam eripuisse (§. praeced.) viris item adulteris (§. 19.) atque ob suspicionem solum dimittentibus uxores, ips illud abiudicasse (§. 17.) non vero maritis ob injuriam seu adulterium certum (§. eod.) Quod

Quod confirmatur ex dictis contemporanei Augustini, lib. de bono coniug. c. 7. §. seq. Loquitur ergo solum iuxta illius temporis mores, neque, ut communiter putatur, huic sententiae nostrae directe obstat.

§. XXII.

Transeo nunc ad *S. Augustinum* pluribus locis hanc quaestionem pertractantem. Ea vero solummodo exponam quae episcopus scripsit. Primo huc spectat locus ille in *lib. de bono coniug. c. 7.* ubi ait: „Miror quod quemadmodum viro liceat dimittere adulteram uxorem, ita liceat ea dimissa alteram ducere. Facit enim hac de re S. S. difficilem notum, dicente apostolo (I. Cor. VII.) *mulierem a viro non discedere etc.* Quomodo autem viro possit esse licentia ducendae alterius, si adulteram reliquerit, quum mulieri non sit nubendi alteri, si adulterum reliquerit, non video.” Ex quibus verbis patet secundum ecclesiae latinae praxin licuisse, tunc temporis marito, repudiata adultera aliam ducere, non vero sic mulieri.

§. XXIII.

In *lib. de fide et operibus c. 19.* scribit. „Quisquis etiam uxorem in adulterio deprehensam dimiserit, et aliam duxerit, non videtur adaequandus iis, qui excepta causa adulterii dimittunt et ducunt.” Ambrosius ergo istos eodem modo haberi prohibet, atque hosce solummodo a baptismi perceptione excludi vult. Ambrosium igitur actiones differre oportet. Quae quum diuersitas non in ipsa coniugii celebratione, per se nequidem mala, locum obtineat, in circumstantiis

stantis matrimonii contractum comitantibus, quaerenda erit, illamque non exiguam hic deprehendimus. Consistit autem in eo, quod alii *coniuge in adulterio deprehensa*, alii *innocente dimissa*, aliam ducant, efficitque ut illi, his non aequandi, ut non illi, sicut hi prohibendi sint a baptismo, a quo non nisi certe adulteri arcebantur. Illos ergo adulteros non esse, neque eos peccare, patet ex sequentibus eius dictis: „In diuinis sententiis ita obscurum est, utrum et ille, cui quidem sine dubio licet adulteram dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, ut quantum exilimo venialiter quisque fallatur. Quam ob rem . . . si dubitatur, omnino curandum ne tales coniunctiones fiant.” — Tum ergo quaestionem hanc dubiam agitatum fuisse, ita tamen, ut licuerit marito adultera dimissa aliam ducere, ex hisce apparet, atque constat *Augustinum* potius sententiae, quae tenet iure diuino solubile esse matrimonium in fornicationis casu, quam aduersae ad stipulari,

§. XXIV.

Idem deducitur ex loco *Augustini* primario scilicet ex duobus *libris de adulterinis coniugiis ad Polentium* hac de re quaestionem mouentem, ex professo scriptis, quibus quidem contendit auferre facultatem nouas celebrandi nuptias, dimissa priore licet adultera; in fine tamen, in vnum etiam collectis omnibus, quae sciuit, argumentis, ipse fateatur, se sibi met ipsi rem hanc persuadere non posse, dicens l. l. lib. I. c. 25. „His itaque pro meo modulo pertractatis atque discussis, quaestionem tamen de coniugiis obscurissimam et implicatissimam esse non

ni-
rgo
im-
lat.

ocis
um-
huc
vbi
mit-
ram
um,
non
li-
erit,
rum
t se-
tem-
non

Quis-
ferit,
qui
Am-
atque
vult
Que
ione,
cum-
ntiis

non nescio. Nec audeo profiteri, omnes sinus eius vel in hoc opere, vel in alio me adhuc explicasse, vel iam posse, si vrgeat explicare." h)

b) Quaestione hac interim in utramque partem agitata, celebratum fuit *Con. Mileuitanum*, in quo praesente *Augustino*, quaestio haec decisa est.

§. XXV.

Augustinum quoque hanc quaestionem, nec in *II. lib. de adult. coniug.* magis explicasse multo minus exhaustisse, ipsius verba *lib. II. Retract. c. 57.* probant „Scripti (ait) duos libros de adulterinis coniugiis, quantum potui secundum Scripturas solvere difficillimam quaestionem, quod utrumque enodatisse an fecerim, nescio, imo vero, me non peruenisse ad huius rei perfectionem sentio.“ Sensisse istud videtur ex *Con. Mileuitani Can. 17.*

§. XXVI.

In tractatu 9. in *Euangelium S. Joan.*, clare mentem suam profitetur, atque pro mea parte stat, dicens: „Sicut coniugium a Deo, ita et diortium a diabulo est, sed propterea in casu fornicationis licet uxorem dimittere, quia et ipsa esse prior vxor noluit, quae fidem coniugalem marito non seruauit.“

§. XXVII.

Quam exiguo et inani fundamento patroni sententiae aduersae verbis Augustini innitantur, ex dictis clare nunc patet. Hinc *Christianus Luppus in diss.*

disf. de opinione probabili, postquam c. 5. ostenderit, quomodo sibi ipse *Augustinus* repugnet, ita concludit: Lucet quod doctor rem non sibi, sed aliis probabilem, non possit persuadere.

§. XXVIII.

Auctor commentariorum in B. Pauli epistolae, in I. Cor. VII. ad verba: Praecipio non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere ait: „Prohibet quacunq[ue] ex causa, ne aliis iungantur, secundum consuetudinem Iudaeorum, quam dominus interdixit, dicens: Quicumq[ue] dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, et aliam duxit, moechatur.“ Vult ergo, Christum vxoris dimissionem quoad vinculum ex quacunq[ue] causa apud Iudaeos vsitatam, ad solam fornicationis causam restrinxisse.

§. XXIX.

Theodoretus lib. 5. haereticar. fabul. c. 16. scribit: „Antiqua lex quidem, eum qui mulierem odio habet, iussit illum dimittere, Nova lex vero vocat adulterium dimissionem, quae fit absque fornicatione.“ Clarius adhuc loquitur in sermone 9. de legibus. „Humanæ naturæ opifex . . . vnam copulae matrimonii dissoluendæ occasionem proposuit, qua penitus nuptialis distraheretur coniunctio, iuxta illud Matth. V. 32. . . . Quibus sane verbis cetera vxoris vitia, aequo animo ferri iubet, seu loquax illa fit, siue temulenta seu contentiosa. Sin vero nuptiarum leges transiliat, in aliumq[ue] virum procaz intendat, tunc denique copulam solui iubet (Christus)“.

Denique

Denique in *Comment. in I. Cor. VII.* ait, statui hoc loco tantum separationis legem, quam, qui alia quam fornicationis causa disceserant, coniuges servare debeant.

i) Summam horum verborum claritatem perspexit *Townley* ipse l. l. dicendo, illum apertissime suae obesse sententiae: atque *Geruoso* l. l. ait, Candide profiteatur *Theodoretum*, *Origenum*, *Basiliium*, *Epiphanium* sententiae ad-versae se. suae minime fauere, *Asterium Amasenum* vero plane aduersari.

§. XXX.

S. Patritius Hibernorum Apostolus in Synodo II. Hiberniae c. 26. haec habet. „Non licet viro dimittere uxorem, nisi ob causam fornicationis, ac si dicat ob hanc causam. Vnde si ducat alteram, velut post mortem prioris, non vetant,”

§. XXXI.

Sec. VI. Alcinus Auitus Viennensis Episcopus epistola 49. ad *Ansemundum* scribit: „Propter solum crimen fornicationis, Deus virum separari k) permittit a coniuge.”

k) Qualis separatio intelligenda sit, dicit nobis *Sirmondus* in notis ad h. l. scribens: Hinc patet persuasum illis temporibus in Gallia fuisse, propter fornicationem separari virum ab uxore, et aliam ducere, Christi permisso licuisse. Quod ex *Con. quoque Venetici, Can. 2.* constat.

§. XXXII.

§. XXXII.

Ferandus Diaconus in Paraeneticis ad Regium Comitem no. 19. talia profert: „In Lege libellus repudii sufficiebat ad coniuges separandos; in Evangelio sine fornicationis crimine, nulla matrimonii dissoluendi causa permittitur.” Haec utique clarissima sunt, nullaque explicatione ulteriori indigent.

§. XXXIII.

Iustinianus Imperator Nouel. 117. de iustis diuortiorum causis marito permisissis c. 8. ita statuit: „Causae iusti diuortii sunt . . . Si de adulterio putauerit vir, posse uxorem suam conuinci.” Qualem vero auctoritatem lex ista, pro nostra sententia habeat, nihil opus est, nisi ut moneam lectorem; dicta §. 7. h. cap. et in *Iustinianum* quadrare. Nec omittendum, ipsum *Con. generale VII. act. 8. Iustiniano imperatori multos annos*, et *act. 18. aeternam memoriam* acclamare. Nihil ergo contra ecclesiae spiritum egisse censendus est.

§. XXXIV.

Primasius Viicensis quondam Augustini discipulus, *in Africa. Episcopus, in I. Cor. VII.* ait: „Hic proprie apostolus loquitur ad coniugatos, ne ditiores ducant, sicut Iudaei faciebant. Uxorem a viro non discedere ait, si quis dimiserit uxorem excepta fornicationis causa, facit eam moechari.”

§. XXXV.

§. XXXV.

SEC. VII. *Isidorus Hispalensis lib. II. de off. c. 19.* verba auctoris commentariorum in B, Pauli epistolae, (§. 28.) adoptando, sua fecit.

§. XXXVI.

Eligius Episcopus Nouiomensis, quaestionem hanc paucis ita absoluit: „Ne quisquam legitimam uxorem suam, quacunq[ue] ex causa dimittere ausus sit, quum dominus ipse interdicit: *Quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari.*” Iptum vero dimissionem intellexisse totalem, qua sc. et ipsum vinculum dirimitur, patet ex *Audoeni Rothomagensis Episcopi lib. II. de vita S. Eligii c. 16.*

§. XXXVII.

Nunc ad *Theodorum Cantuariensem*, de quo *Lupus l. I. scribit*: *Selecta Theodori Cantuariensis archiepiscopi Capitula habent: cuius uxor fornicatur, licet eam dimittere et aliam ducere.* Quare Theodorus, istum morem plantauit in Anglia. Ex isto Capitulo insigne dilucidatur decimus, a quibusdam in oppositum penitus sensum acceptus, Canon Anglicanae per Theodorum celebratae Synodi.

§. XXXVIII.

SEC. VIII. *Ven. Beda in Marci Euangelium lib. III. c. 10 v. 10.* ait: „In Matthaeo scriptum plenius est. *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi*
ob

ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur. Vna ergo solummodo causa est carnalis, fornicatio; vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimittatur, . . . Nulla autem est causa lege Dei praescripta, vt viuente ea quae relicta est alia ducatur." Creditur ergo lege Dei ex causa fornicationis, secundas nuptias licitas quidem esse, non vero praecipuas. Ita etiam loquitur in *expositione I. Cor. VII.*

§. XXXIX.

Speciale quid hoc seculo occurrit in nostro Bonifacio qui scripsit ad *Gregorium II. R. P.* pro viro, qui habuit vxorem tali infirmitate correptam, vt debitum reddere non posset. Pontifex vero respondens scribit, tali utique viro licere aliam ducere vxorem, atque simul innuit dari adhuc detestabilem quamdam culpam, quae, sicut infirmitas haec, excluderet coniugem.

§. XL.

Zacharias R. P. clarius adhuc mentem suam manifestat in decreto anno 744. edito, quod extat XXXII. q. 7. c. 23. confer. *Boehmerus* ad l. c. §. 22.

§. XLI.

Sec. IX. *Carolus M. Occidentis imperator lib. V. Capitul. no. 19.* hanc legem tulit: „Siquis homo habens mulierem legitimam, si frater adulterauerit cum ea . . . ille cuius vxor fuit si vult, potestatem habet, accipere aliam." 1) Hoc idem ratio habi-

habitum et confirmatum fuit, a duabus Synodiis Rom. eodem seculo celebralis

1) XXXVI. q. 7. c. 19.

§. XLII.

Idem sentire videtur Carolo contemporaneus Adalardus Corbeiensis abbas, in rebus gestis Caroli M. Disentit vero Paschasius Radeberdus Corbeiensis Episcopus lib. IX. in Matth. Sed vsus est scriptis Augustini — ac contradicit praxi ecclesiae Rom. huius seculi. Huic consentit Christianus Drutmarus in Matth. XIX. ubi indicat, tum capitis poenam in adulteros statutam, atque executioni datam fuisse: atque sic indirecte saltem innocenti facultatem fuisse, secundum inmundi coniugium, exinde concludimus.

§. XLIII.

Leo IV. R. P. vti tradit Luitprandus in eius vita c. 36., statuit „Vt nulli liceat, excepta causa fornicationis, adhibitam vxorem relinquere, et deinde aliam copulare.

§. XLIV.

Isacius Lingonensis Episcopus Can. 5. tit. 3. de adulteris c. 1., capitulare illud Caroli M. (§. 41.) adoptando suum fecit; nostrae igitur sententiae iterum adspulatur.

§. XLV.

§. XLV.

Hinemarus Remensis in lib. de diuortio Hlotarii cum Theutberga, interrogatione 5. ait: „Non licet viro se a muliere propria auctoritate separare, nec eandem ob solam fornicationis suspicionem a se abicere et aliam ducere.” Interrog. 21. ait; subinde quidem causa infidelitatis matrimonium solui, inter Christianos vero, non nisi causa fornicationis. confer. Bibi. M. P. P. T. 9. P. 2.

§. XLVI.

Nicolaum I. R. P. vinculi solutionem in casu adulterii, dogmati diuino haud aduersari, persuasum habuisse, patet ex eo, quod in disfidio cum Photio, illud ei nec obiecerit, nec vllam mentionem huius praxeos fecerit.

§. XLVII.

Ioannes VII. R. P. ad Edredum gentis Anglorum archiepiscopum, scripsit: Non licere virum ab vxore discedere nisi causa fornicationis: et si praeter illam disceserint, tam illi quam huic secundas nuptias interdictas esse.

§. XLVIII.

SEC. XI. Theophylactus Archidiae archiepiscopus in Matth. V. 32. haec verba facit: „Non soluit (Christus) Mosaicam legem, sed corrigit, ex-terrens virum, vt ne absque causa odio habeat vxorem. Nam si iusta de causa dimiserit eam, nempe forni-

fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius: quod si absque causa fornicationis, condemnandus est" confer. eius dicta in Matth. XIX, et expositio in I. Cor. VII. ad ψ. 10.

§. XLIX.

Oecumenius in I. Cor. VII. abnegat utrique hanc facultatem. Quantum vero disciplinae, tum inter Graecos servatae repugnet, apparet ex *Theodoro Balsamon, Ioanne Zonara, ex Matthaeo Blastare.* — *Lanfrancus* quoque *Cantuariensis archiepiscopus*, hanc quaestionem solummodo ex *Marco ac Luca* solvens, illi assentitur in *epistola 10. ad Thomam Eboracensem episcopum.* Porro huius sententiae patronos inuenio, *Anselmum Lanfranci* successorem, vel uti aliis placet, *Herucum Dolensem monachum in Matth. V. et XIX.* atque *Iuonem Carnotensem Episcopum, in epistola ad Daimbertum Senonensem archiepiscopum,* ubi praecipue nititur dictis *Hieronymi* atque *Augustini.* confer. de his *Launoius T. I, P. II, de regia in matrim. potest.*

§. L.

Gregorius VII, R. P. in epistola ad Hubertum Genuensem Episcopum sententiae meae ad stipulari videtur, dicens: „Scriptum est quippe de coniugali vinculo: Quod Deus coniunxit, homo non separet et veritas omnino prohibet, ne vir uxorem suam, nisi forte causa fornicationis, relinquat.“

§. LI.

§. LI.

Zacharias Chrysolitani Episcopi in lib. 3. unum ex quatuor c. 99. ad verba Matthaei: dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, et fecerit: „Si vxor repudiata fuerit, quia vnam carnem in aliam diuiserit, et se separauerit a marito culpa sua, a vinculo coniugii soluit (maritum,) sed ipsa manet obligata.”

§. LII.

Sec. XII. Rupertus Tuitiensis abbas in Matth. V. ita dixerit: „Vna dumtaxat causa est, propter quam dimittere liceat etiam inuitam, et tecum cohabitare consentientem, sc. fornicatio: sola enim causa illa te liberat, vt non iudicaris fecisse illam moechari, si alius eam duxerit. . . . Quid ergo aliud dixit (Christus,) quam quod dictum est antiquis, quum interdixerit, ne quis mulierem non propter odium, sed solum ob fornicationis causam dimittat.” Hi duo *Iuoni* aequales, quam maxime ab illo dissentiunt.

§. LIII.

His denuo *Magister Sententiarum*, Augustini Iuonisque dicta adoptans, atque *Alexander III. in appendice Con. Lateranensis P. V. de coniugatis et sponsis monasterium ingressis c. 8.* repugnant, an vero, ad dogma istud spectare crediderit, alia quaesitio est.

D

§. LIV.

§. LIV.

Sec. XIII. *Innocentium III.* rem isthanc dogmaticis haud adnumerasse inde fuit, quod in *Con. Lateranensi IV.* Graecorum disciplinam nec reprobaerit, imo nequidem ipsis eandem obiecerit, ita et *Tournely l. c.* sentit.

§. LV.

S. *Thomas in supplemento quaeft. 62. art. 5.* communi Scholasticorum fundamento, sat infirmo *sc. Augustino* nixus, negat matrimonii vinculum solubile esse.

§. LVI.

Clementem IV. B. P. sicut *Nicolaum I.* et *Innocentium III.*, doctrinam hanc ad disciplinaria pertinere persuasum habuisse, inde videtur, quod in professione fidei pro reuuniendis Graecis scripta, dum exponit, quae de Sacramento matrimonii credenda sint, ne iota de solutione fornicationis causa suscepta, dicat, multo minus Graecorum morem improbet.

§. LVII.

Vestigia horum secutus est *Gregorius X.* in *Con. Lugdunensi* anno 1274. ad reuuniendos Graecos celebrato. Hic professionem fidei *Leonis IV.*, praeslituit, quo facto Imperator et Graeci praesentes haec subiunxere: *Confitentis haec, et approbantes, acceptantes, et promittentes obseruare, vti in professione*



fessione dictum est. Rogamus vero magnitudinem vestram, ut . . . permaneamus in moribus nostris qui sc. non sunt, contra supra dictam fidei professionem . . . nec doctrinam generalium conciliorum.

m) Quae omnia ipsis concessa fuere. Ergo et solutio matrimonii, fornicationis causa suscepta, utpote quae in usu fuit apud Graecos, cuiusque nequidem in Symbolo mentio facta fuerit, neque vllō Con. generali reprobata fuit. Ita ipse Tournely l. 1.

n) confer. Rainaldus annalium Tomo 14. §. LVIII.

SEC. XVI. Christophorus Marcellinus Romae sub Leone X. viuens posteaque Corcyrensis Episcopus factus. Lib. I. de auctoritate R. P. contra Lutherum Sect. I. c. 19. inquit: „Illud: quod Deus coniunxit homo non separet; ita intelligendum est ut valeat, Quum ea, qua coniunctio facta fuerit, persisterit causa: qua item deficiente, nexus ille facillime dissolutionem patitur etc.“ Quum ad illas vero causas mutua fidelitas pertineat n). Sequitur quod ea deficiente iuxta eundem episcopum facillime solui possit nexus.

n) confer. libellus germanicus sub tit. Liber die Eheverdung. Basel 1786. ab initio.

§. LIX.

Desiderius Erasmus in annotationibus ad Matth. XIX. haec habet: „Iudaei putabant, sibi licere quavis de causa, quoties libuisset vxorem abicere. Id Christus restrinxit, vnam dumtaxat causam excipiens, nempe

nempe stupri. 2) Confer. homil. 38. inter mixtas
 Chrysolomi. Idem, in paraphrasi ad Matth. V. et
 XIX. scripsit. Parisienses theologi quidem anno 1526. Erasmus hae-
 eretico, nota affectuavit. Ad solatio ipse esse potuit, Pa-
 risienses id solummodo attentasse, atque cum ipso, et in
 ipso ad unum omnes ferme P. P. Graecos, complures-
 que Latinos, hac nota innotos fuisse, atque praecipue
 Chrysolomum cuius in homil. 19. in I Cor. VII. verba,
 hic neohaereticus, ferme descripsit. Vidimus exin, quid
 plures coniunctis viribus valeant. Augustinus soepissime
 hanc materiam pertractans, sententiam decisivam pro-
 ferre ausus non est, sed quaestionem obscurissimam, im-
 plicatissimam, atque tenebrosissimam, in medio reliquit:
 Parisiensem censuram veritatis haud videntur
 doctissimi viri, Cardinalis Caietanus et Ambrosius
 Catharinus Compiae archiepiscopus. Ille prolixè
 sententiam meam ex Matthaeo probat ac defendit,
 dicens Matth. V. 32, Cura fuit legislatori, ut dimis-
 sionem vxoris, si qua fieret, adiuuaret. Ego autem
 dico vobis, novi testamenti tempore: Quod omnis
 qui dimiserit vxorem suam. Contextus inquit ad
 intelligendum, de dimissione totali: quoniam de illa
 constat Legem loqui dicentem: Qui dimiserit vxorem,
 det illi libellum repudii, et illam corrigit ad literam
 Iesus. Excepta fornicationis causa. Lex vetus
 latum relinquit campum dimittendi vxorem: Iesus
 restringit vsque adeo ut solam causam fornicationis
 procul dubio carnalis, quae sola directe contrariatur
 coniu-

coniugali fidei, excipiat. *Facit eam moechari* dando dimissae absque fornicatione occasionem moechandi; *Et qui dimissam* procul dubio absque causa fornicationis, *duxerit uxorem, adulterat*, non maritus sed adulter est. Hic est planus literae sensus. Considera prudens lector Evangelii textum, et te ipsum Evangelio, non Evangelium tuo accommoda sensui.

§. LXI.

Idem in Matth. XIX. ita commentatur. „*Dimico autem vobis, quod quicumque dimiserit* totaliter. De tali enim dimissione erat sermo: nam dimittere uxorem absque conditione aliqua, non significat dimittere secundum quid, puta quoad thorum; sed simpliciter et absolute, quod est dimittere totaliter. Constatque de dimissione absoluta motam esse quaestionem a Phariseis, et loqui Moysen. *Uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit in uxorem, moechatur.* Textus ille clare constituit moechum facientem haec duo: sc. dimittere uxorem non fornicariam, et aliam ducere; et in promptu ratio, moechatus est, quia durat coniugium cum prima dimissa. Quid autem sit in dimittente fornicariam, et aliam ducente, textus ille nihil dicit. At si vrgens obieceris, Christi verba non esse superflua, fateor sic esse. Et si inles illud diuersum nihil aliud esse, nisi quam quod ob fornicationem dimittens uxorem, et aliam ducens non moechatur; respondeo sic sonare textum, secundum planum literae sensum. . . Intelligo igitur ex hac Iesu Christi lege, licitum esse Christiano, dimittere uxorem ob fornicationem
carna-

carnelem ipsius vxoris, et posse aliam ducere vxorem, salua semper ecclesiae definitione, quae hactenus non apparet." Denique in *Marci X. 11.* ait: Aduerte quod Marcus non referat omnia, quae Iesus dixit, omittens exceptionem, quam Christus apposuit, sc. *excepta fornicationis causa*, ut clare patet ex *Matth. XIX.* Et in *epistolam I. ad Cor. VII.* scribit: „Non solum miror sed stupeo, quod Christo clare excipiente causam fornicationis, torrens doctorum non admittat illam mariti libertatem."

§. LXII.

Catharinus in Tract. de Matr. anno 1552. eum privilegio *Iulii III. R. P.* edito, ita discribit: „Stat. sententia Domini apud *Matthaeum* his verbis: *Quicumque vxorem suam nisi ob fornicationem dimiserit, et aliam duxerit, moechatur.* Haec vna oratio, nisi vim literae afferamus, profecto duarum orationum vim habet. Vna est affirmatiua, continens eiusmodi regulam: si quis vxorem suam absque causa fornicationis dimiserit, et aliam duxerit, moechatur. Altera est negatiua, quae continet exceptionem a regula, propter particulam illam *nisi*, et est: Si quis vxorem suam ob fornicationem dimiserit, et aliam duxerit, non moechatur. Si igitur sic intelligitur haec Domini sententia, ut verba ipsa, quam manifestissime videntur porrigere, iam decisa est quaestio." Hisce dictis, *Catharinus* quaestionem expresso tractans, subiungit obiectiones ex *Marco Luca* atque *Paulo* fieri solitas, easque ad vnam omnes soluit.

§. LXIII.

§. LXIII.

Superfunt adhuc quidam, ambigue sententiam suam proferentes v. g. *Gregorius I. in epistola 44. ad Hadrianum, Vetus poenitentiale Rom. etc.* Vsurpant sc. hi illas voces: licet fornicariam *dimittere, abicere, relinquere, ab illa discedere*, quin quo sensu eam *dimittere, abicere* etc. liceat, explicent. Interim ni fallatur *Tertull. lib. IV. adu. Marcion. c. 34. et Card. Caietanus in Comment. ad Matth. XIX.* dicens: *dimittere, reuicere*, absque conditione aliqua, non significat *dimittere* secundum quid, puta quoad thorum, sed simpliciter et absolute, quod est; *dimittere* totaliter; tunc et hi quoque pro mea sententia stant. — Notandum praeterea, ex paucioribus istis, quibus patroni sententiae alterius innituntur, plures non exprimere, an iure diuino, an solum ecclesiastico prohibita sit solutio in casu adulterii, quod, saltim primum expressum esse, necessum est ad hoc, vt sententiam in hac disertatione stabilitam, impugnare possint.

§. LXIV.

Denique quoad Scholasticos, quorum opinio Sec. IX. vigere coepit, monitum volo lectorem, eosdem passim omnes, non sacrae Scripturae effatis, aut totius traditionis sensu niti; sed *S. Augustini* dictis, duce *Magistro sententiarum*. Quam exile vero istud fundamentum sit, facile quilibet ex dictis §. 27. iudicare poterit.

CAPUT

CAPVT II.

Conciliorum Decreta.

Conciliorum canones et statuta, quae iuxta ordinem chronologicum hic exponam, pleraque ita clara sunt, vt illa attente solummodo legisse sufficiat.

§. I.

Primum quod hanc materiam pertractauit, est *Eliberitanum* a. 305. habitum, cap. 8. ita disponens. Foeminae quae nulla praecedente causa reliquerint viros suos, et alteris se copularint, nec in fine accipiant communionem. Et cap. 9: Fidelis foemina, quae adulterum maritum reliquerit fidelem, et alterum duxerit, non prius communionem accipiat, quam is, quem reliquit de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit a). Adeoque nihil de viris statuitur, hinc ipsis haud interdictae videntur secundae nuptiae, dimissa ob adulterium coniuge. Hoc porro aperte patet ex *Origene tract. 7. in Matth.* dicente; in *Con. Eliberitano* concessum fuisse viris vt dimissis adulteris coniugibus, alias ducant. Quod et *Maldonatus* l. c. ingenue fatetur.

a) XXXII. Q. 7. fidel. foem.

§. II.

Arelatense I. Con. a. 314. praesentibus DC. Episcopis, et 4 sedis Romanae legatis b) celebratum Can. X. definiuit „De his qui coniuges suas in adulte-

adulterio deprehendunt, et si sunt adolescentes fideles, et prohibentur nubere: placuit, ut quantum potest consilium eis detur, ne uiuentibus vxoribus, licet adulteris, alias accipiant. Hoc ergo concilium omnium, in quibus quæstio hæc inquam agitata fuit, numerosissimum, iunioribus saltem maritis, secundas nuptias, ab aliis prohibitas, denuo concedit. Solummodo igitur disuadens easdem, rem disciplinæ adnumerauit. c) *Petauius in adnotationibus ad Epiphaniū hæresin 59.* diserte adnotat, hoc concilium fauere solutioni, atque legendum esse; post adulterium nouas nuptias prohibitas non esse. Ita sentit *Maldonatus l. c.*

b) Ita testantur *Cyprianus presbyter in epistola ad Segënum Hunsensem abbatem, Ado Vionensis in chronici ætate VI.* atque *Arelatense II. Can. 18.*

c) Si Concilii Nicaeni Can. 70 prout in arabico continetur, ac *Abrahamus Ecbellenensis* in latinum transtulit, legatur: patet fuisse tum temporis communem persuasionem, matrimonium solui in casu adulterii. Confer. *Collectio Conciliorum reg. maxima.*

§. III.

Seculo V. *Con. Mileuitanum* a. 416. habitum ista statuit Can. 17: *Placuit ut secundum euangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur, sed ita maneant, aut sibi met reconcilientur, quod si contempserint, ad poenitentiam redigantur.* d) Attendas hic, rogo, dumtaxat ad illas voces: *placuit et disciplinam*, numquid hæc canonem disciplinam producat. Si vero quis plane persuasus non sit, confite-

conferat Augustini dicta (§. 25. P. II. Sect. II. Cap. I.) Interfuit iste huic concilio, hinc quae mens P. P. fuerit, scire potuit ac debuit: igitur tali modo in libris post celebratum concilium euulgatis, haud locuturus fuisse videtur, si canon iste dogmaticus fuisset

d) XXXII. Q. 7. c. 5.

§. IV.

Alia disciplina non obscure elucet ex *Con. Chalcedonensis* IV. Act. 3. ubi *Sophronius*, *Dioscori*, coniugis suae raptoris, culpam omnem in eo solum ponit, quod eandem rapuerit, *nec repudio dato, nec tristis aliquo commissa*, sed in communi conubio adhucdum constitutam. Conferantur verba *Theodoret* (§. 29.) in hoc *Con. praesentis*, qui contra *Con. Oecumenici mentem*, mox scripsisse, censendus haud est.

§. V.

Clarius atque expressius adhuc *Con. Venericum* a. 465. celebratum, sententiae meae Can. 2. fauet. „Eos qui relictis vxoribus suis, sicut in Euangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sine adulterii probatione, alias duxerint, statuimus a communione arcendos: ne per indulgentiam nostram praetermissa peccata, alios ad licentiam erroris inuident, e)

e) confer. *Sirmondus* in notis ad *Alcimi Auiti Vienenfis* epistolam 49.

§. VI.

Con. Agathense a. 506. habitum, Can. 25. nil nisi abusum in reiiciendis atque ducendis vxoribus subla-

sublatum vult, prohibet sc. ne mariti, absque sufficiente atque ab episcopo comprobata disfidii causa, propria auctoritate, vxores relinquunt, alienaque matrimonia praesumant. f)

f) *Maldonatus* l. c. et *Con. Auvelianense I.* non suae, sed huic sententiae fauere, affirmat.

§. VII.

SEC. VII. *Con. Toletanum XII.* a. 681. cēlebratum, hanc materiam pertractans inuenio, *Can. 8.* „Praeceptum Domini est, vt excepta causa fornicationis, vxor a viro dimitti non debeat. Et ideo qui citra culpam criminis praedicti, vxorem suam quacunq; occasione reliquerit, quia quod Deus iungit separare disposuit, tam diu ab ecclesiastica communione priuatus maneat, quam diu ad societatem prioris conjugis redeat.”

§. VIII.

Eodem seculo *Con. Herudfordiae* in Anglia congregatum cap. 10. statuit: „Nullus propriam coniugem suam (nisi vt sanctum Euangelium docet, fornicationis causa) relinquat. Quod si vero quisquam (ex assignata causa fornicationis) propriam expulerit vxorem, si Christianus esse recte voluerit, nulli alteri copuletur.” g) Datur ergo hic potius monitum iis qui vere pii esse volunt, quam absolutum interdictum transeundi ad nouas nuptias.

z) confer. *Lahbei et Cosartii Sacrosanct. Concil. T. 2.*

§. IX.

§. IX. *Superius dictum* §. IX. *Superius dictum*
Superius dictum §. IX. *Superius dictum*
 Patres in *Trullo* Palatii a. 706. congregati
 Can. 87. ita mentem suam apperunt: „Qui legitime
 sibi datam vxorem (praeter rationem) relinquit, et
 aliam duxit, e domini sententia est adulterij iudicio
 obnoxius.” Ergo non ille huic iudicio obnoxius
 est, qui sufficientem habet rationem, quae est vxoris
 fornicatio, vti locus ex cap. 18. Prouerb. hoc ca-
 none citatus insinuat. Quod firmatur ex eo, quod
 in hoc canone approbetur doctrina Basilii, (P. II.
 Sect. II. C. 1, §. 10.)

§. X. *Superius dictum* §. X. *Superius dictum*
 Quinifexti sensum paulo clarius proposuit a.
 744. *Suesionense* I. Can. 9. „Constituimus vt nul-
 lus homo laicus marito viuente suam mulierem alius
 habeat, nec mulier viuente viro alium accipiat:
 quia maritus mulierem suam non debet dimittere,
 excepta causa fornicationis deprehensae.”

§. XI. *Superius dictum* §. XI. *Superius dictum*
 Quaestionem hanc fufius pertractauit a. 752.
Synodus Vermeriensis; Can. 17. „Siqua mulier
 reclamauerit, quod vir suus numquam cum ea man-
 sisset, exeant inde ad crucem: et si verum fuerit
 separentur, et illa faciat, quod vult” Et Can. 18.
 „Qui cum consobrina vxoris suae manet, sua ca-
 reat, et nullam aliam habeat: illa mulier faciat quod
 vult, hoc ecclesia non recipit” conferantur et Can. 2,
 10, et 11. h)

h) *Sup.*

b) Lappus l. c. ait: Habemus longe plures eiusmodi canones Gallicanos. Et iuxta hos magistri omnino vixerunt. Item speramus illos iam cum Christo domino vivere.

§. XII. Huius concilii viam insistit *Compendiense* a. 756.

Can. 8. statuens: „Signis homo habeat mulierem legitimam, et frater eius adulterauerit cum ea, ille frater vel illa foemina, qui adulterium perpetraverunt, nunquam habeant coniugium. Ille cuius vxor fuit, si vult potestatem habere accipere aliam.” Eadem facultatem canones sequentes, 10, 14, et 15, praebent.

§. XIII. *Foroiulienſe* Con. a. 791. celebratum; licet

matrimonii vinculum per adulterium solui fateatur, contrariam tamen pluribus Synodis praecedentibus disciplinam canone 10. praescribit: „Placuit ut resoluta fornicationis causa coniugali vinculo, non liceat viro, quam diu adultera vivit, aliam vxorem ducere; licet illa sit adulterata etc.”

§. XIV. Ecclesiae Rom. sensum pro hac sententia sec. IX. deprehendo, in *Synodo Rom.* a. 826. sub *Eugenio II* praesentibus 62 episcopis, ac 17 presbyteris habita, vbi Can. 26. ita statuitur: „Nulli liceat, excepta causa fornicationis, adhibitam vxorem relinquere et aliam copulare; alioquin transgressorem priori conuenit sociari coniugio.”

§. XV.

§. XV.

Altera quoque Rom. Synodus sub Leone IV. a. 853. celebrata, canonem illum de verbo ad verbum adoptando, suum fecit, estque numero vigesimus sextus.

§. XVI.

Anno 895. Con. Triburiense, Can. 46. prout eundem exhibet Harzheim, viro, vxorem ob adulterium occidere volenti interdicit, ne quam diu viuat illa, alteram ducat. Gratianus autem XXXII. Q. 7. c. 24. adducit omnino alium Con. Triburiensis canonem, quo innocentibus maritis, repudiata adultera, facultas celebrandi nouas nuptias, porrigitur. Cui ergo fides? An Gratiano propinquiore? An remotiori? —

§. XVII.

Extraordinarium quid Con. Nannetense a. 900. in Can. 12. statuit, vt sc. vir qui adulteram dimisit, quando eidem iterum reconciliari velit, cum ipsa adultera per 7 annos poenitentiam agat, atque per omne istud temporis spatium a communione arceatur. — Ipsam igitur coniugum reconciliationem difficiliorem reddidit. — i)

i) Inter leges ecclesiasticas Hæli Dna regis siue principis totius Walliæ, eo circiter tempore conditas, hæc no. 18. inuenio: Si qua mulier rem turpem cum alio viro suo pro egerit, de iure potest repudiari, et omnia iura sua (ergo et coniugal[ia]) debet amittere.

§. XVIII.

§. XVIII. *Con. Tironensis* a. 1060, praesente *Nicolai I.* legato, habiti cap. 9. legitur: „Qui suam vxorem sine episcopali iudicio dimittens, aliam duxit, donec fructuosae se tradat poenitentiae, excommunicetur.” Tollitur ergo hic solummodo repudium propria auctoritate susceptum, ita vt simul innatur existere causam repudii sufficientem.

§. XIX.

In *Con. Lateranensis III. appendicis parte 6. de sponsalibus et matrimonio*, *Alexander III.* ista facit verba: Non licet vxorem dimittere, sine manifesta causa fornicationis, et tunc ipsa viuente tenetur continere. An ex praecepto diuino? An ecclesiastico?

§. XX.

In *Con. Lateranensi IV. sub Innocentio III.* vbi crebrior occasio de hac materia colloquendi obieuerat, et praecipue decreto 50 vbi locus ad dicendum ornatisimus fuit; nemo hominum, vel saltem sententiae Graecis contrariae mentionem fecit, aut eis obiecit: quod vtique tam altum silentium, si res ad dogmata pertineret, Patribus seruare haud licitum fuisset.

§. XXI.

Quod haecenus ex variis P. P. dietis, conciliorumue statutis deducere conatus sum; istud sec. XV. vno se nobis repraesentat obtutu; sc. in *Con. Floren-*

Florentino generali XVI. a. 1438. celebrato. Hic nimirum finita disputatione de SS. Trinitate, de Purgatorio, deque fermentato et azimo, Pontifex Eugenius IV. hisce verbis alloquitur Graecos: Nos Deo adiuuante consentimus de omnibus, et vna summus conspiratione vniti. Grates ago studio vestro: et ego, vt videtis, conuentum hunc optima- tum facio ad negotium (libellum vnionis) cito expediendum. Porro, postera die profecti sunt cardinales ad imperatorem, eique dixerunt: Pater sanctus duas accepit scripturas, iussitque nos de duabus alteram eligere. Legatur ergo tomus (vnionis) examineturque vt res ad finem perducatur. Lectus est tomus et placuit. Iussit ergo imperator postera die, ex vtraque parte conuenire lex, vt definitio Concilii, et tomus vnionis, graece et latine scriberetur in diptychis. His ita ordinatis, sexta die Iulii facta est vnio ecclesiarum: et lecta est definitio graece et latine, peracto a P. R. Misae sacrificio. Quibus lectis atque recitatis, osculati sunt genu et dexteram Papae. Consalutauerunt quoque inter se mutuis complexibus, et subscriperunt propriis manibus vt recitatum erat. Canebant autem in terra cantores: Laetentur coeli et exultet terra, gloria patri etc. Absoluta misa et gratiarum actione, vnusquisque recepit se domum.

§. XXII.

Post haec omnia — Latini quasiuere inter varia disciplinaria et hoc quoque: Quare conjugia di-
 rimitis? dicente Deo: Quod Deus coniunxit homo
 non separet. Nata hincinde noua turba; Pontifex
 prae-

praefules adhucdum praesentes conuocauit, talemque cum illis sermonem habuit: „*Nos fratres, Dei beneficio sumus fide coniuncti. Quoniam ergo arcans Dei iudicis ego sum inter vos membra caput, debeo qualiter eumque admonere, et consiliis instruere ad ea quae videntur pietatem et ecclesiam nostram constabilire. Dico igitur primo, omnes conueniri de separatione matrimoniorum, secundo de Ephesio; nam necesse est ut rationem reddat, cur se à synodo seiuugat.*“ His à Papa dictis, praefules responderunt: „*Nos ad haec dare perfectam responsum non possumus, sunt enim et alii praefules, et imperator noster: perfecte igitur respondebimus cum illorum consensu. Priuatim vero ex nobis respondemus ac dicimus, non esse praesentis temporis disputare. (Quum iuxta tua dicta Pontifex! sumus fide coniuncti, nec professio fidei, a Latinis exarata, contrarium quid statuatur, imo nequidem mentionem moris nostri faciens, rem e numero dogmatum excludit.) Et matrimonia dirimimus non sine iustis causis. Ephesius quoque causam dicit:“*

§. XXIII.

Ex hisce nunc, studio fufius ex Harzhenii Collect. Concil. Tomo 6. deductis, omni lectori statim illucescet, nec Graecos nec Latinos, quaestionem hanc ad fidem pertinere iudicasse, imo potius omnem, totamque generalem synodum eandem disciplinam adnumerasse. Habeo igitur hic mentem Concilii generalis simulue numerosissimi, pro hac sententia militantem.

§. XXIV.

§. XXIV.

Concilium provinciale *Moguntinum* a. 1549.
habitum cap. 36. tam dimissae quam dimittenti,
hanc eripit facultatem.

§. XXV.

Sparsa per Pseudoreformatores noua doctrina,
quum Tridenti, vna conuenirent ecclesiae rectores,
illorum doctrinam diiudicaturi, de sacramento ma-
trimonii tractantes, ac vndique thesin: *Matrimonii*
vinculum in casu fornicationis, iuxta domini prae-
ceptum solui debet; defendi h) probe scientes, eam
vt pote ecclesiae doctrinae contrariam, singulari quo-
dam canone, configere voluere. „Canon quoque,
(vt narrat *Pallavicinus lib. 22. hist. con. Trid.*
c. 4. no. 7.) paratus fuerat, cum anathemate in eum
qui diceret, matrimonia consummata ob adulterium
dissolui. Sed oratores Veneti die vndecimo Augusti,
quum ipsis posterior modulus ostensus esset, solemni-
ter exposuerunt conuentui, *venetam Rempublicam*
semper coniunctissimam fuisse apostolicae sedi, et
con. oecumenicis eius auctoritate celebratis, piquet
semper studio complexam ac veneratam decreta,
sanctionesque inde profecta, vt pote diuinam glo-
riam, animarum salutem, pacemque Christianorum
promouentia. Verum ab eo quod septimo canone pa-
rabatur, nisi reformatione aliqua reformaretur, in-
ferri posse non modicam offensionem orientis eccle-
siae, praesertim vero (vnitis) Venetorum insulis,
Cretae, Cypro, Corcyrae, Zacyntho, Cephaleniae
et aliis multis, non solum cum publicae quietis, sed
et

et cum ecclesiae Catholicae detrimento. Compertum esse Patribus, tametsi Graeca ecclesia à Romana ex parte dissentiret, non tamen eo desperationis deventum esse, ut meliora sperari non possent; praesertim quum Graeci in subiectis reipublicae locis degentes, quamvis ritu suo viverent, tamen praesulibus à R. P. assumentis obtemperarent. Ea propter tum rerum convenientia, tum oratorum munere se compelli, ne ipsi eos populos percuti sinerent; eiusmodi anathemate, quo ad tumultum, integramque à sede apostolica secessionem prouocarentur. Satis constare in more positum apud Graecos, ut uxorem adulteram deserant, et aliam ducant, veterrimam maiorum consuetudinem secuti; nec idcirco illos damnatos, aut anathemate percussos fuisse ab ulla synodo oecumenica, etiamsi Romanae ecclesiae eiusmodi mos innotuisset. Existimare igitur oratores, sui esse muneris, quam efficacissime possent, postulare, ut voces illae canonis adeo moderate lenirentur, ne Graecis detrimentum inferrent, praesertim intentato anathemate; quod dubium non erat confici posse, non solum nulla parte ecclesiae Catholicae indignitate, sed retenta plurimorum doctorum reuerentia. Posse quantum ipsi rebantur, et obtineri quod synodus intenderat, (sc. Protestantium doctrina damnari) et reipublicae satisfieri, canone eiusmodi confiato: Anathema sit qui dixerit, sacro sanctam Rom. et apostol. ecclesiam, quae mater et magistra aliarum est, errasse, aut errare, cum docuit, et docet, propter adulterium alterius coniugum, matrimonium non posse dissolui; nec utrumque, vel etiam innocentem coniugem, qui causam adulterio non dedit, debere nouum matrimonium contrahere; moecharique eum, qui

qui dimissa adultera, alteram duxerit, et eam, quae dimisso adultero alii nupserit. Propterea rogari Patres ab oratoribus, ut vel ea vel alia meliori ratione, pro ipsorum prudentissimo arbitratu, vellent *in ea gratificari* serenissimae reipublicae, quae semper sacro sanctae fedi apostolicae obsecuta plene fuerat, et erat obsecutura.“

No. 28. „Hoc exemplar ab oratoribus propositum, videbatur alicui ex ipsis, aut ex ipsorum consiliariis, notam haeresis haud inflicturni opinioni contrariae, sed vim dumtaxat habiturum, ad infligendum anathema temerariis in eo vituperatoribus ecclesiae, quae eam doctrinam etiam, *non tanquam dogma fidei*, tamen optimis nixa fundamentis, tradebat.“

No. 29. „Postea quum super ea re sententiae dicerentur . . . reipsa plura suffragia consenserant, ut oratoribus satisfaceret.“ 1) Huc usque Pallaucini.

*) Ita Colvius lib. 4. institut. ca. 29. §. ult. atque hodie dum adhuc et olim omnes ferme Protestantes, prout auctor libelli sub tit. *Luthers Wunsch ist erfüllt* Presburg, 1783. §. 10. 13. et 17. exhibet.

1) Andreas Euesta episcopus Lingonensis sese praecipue opposuit suscipiendae canonis mutationi, quo vero fundamento, patet tum ex hucusque dictis, tum ex Launoja in tract. de reg. in matrim. potest. p. 856. eiusdem rationes inanes esse, probante.

CAPUT III.

Conclusio.

§. I.

Quum iuxta *Melchiorum Canum de l. l. th. th. lib. 5. c. 5.* ecclesiasticae doctrinae, quam complecti etiam tenemur, non item sit gradus, nec omnia iudiciorum decreta eodem loco habenda sint, nec omnia, quae aut iuris, aut conciliorum volumina continent, doctrinae christianae sint iudicia, nec omnia rursus doctrinae iudicia fidei censuræ sint: inquirendum ea propter, quo loco ille Tridentini Can. VII. Sess. XXIV. habendus sit — Eundem vero dogmaticum non esse, patet tum ex hucusque dictis, tum patebit vltro ex comparatione dicendorum cum dictis.

§. II.

Ex ista Canonis historia me iudice iam satis constat, vti etiam ex *Pallavicini* dictis l. l. no. 28. Tridentinos nequidem animo habuisse, ceu dogma fidei proponere, quod matrimonium et in fornicationis casu insolubile sit. Idem iam ipse *Tournely* vt *Klein de Szad* diss. c. p. 131. advertit, candide fatetur. *a)* Atque *Natalis Alexander* in H. E. ad Sec. IV. c. 6. artic. 19. §. 4. ex hac historia concludit; necdum fidei dogma esse, quod matrimonium etiam propter adulterium alterius coniugis solui non possit. Id ipsum concludit *Fleuri* H. E. lib. 17. §. 15. et *Gazzaniga* in tractatu de virtutibus theolog. C. 9. et praecipue *Gasparis Iuen* diss. X. de Matrim. quaest. 4. vbi ait: Ex his constat Tridentinos P. P. habuisse

habuisse in animo percellendi anathemate, non quidem Graecos, aliosque alioquin Catholicos, qui alias contenderant, matrimonium dissolui adueniente adulterii casu, sed Lutheranos et Calvinianos, qui ecclesiae doctrinae censuram inusserant, asserentes eam esse erroneam et tyrannicam.

a) In praefationibus theologicis, de matrimonio. Cap. de insolubilitate, ita scribit: Hac Canonis mutatione videtur P. P. Trid. non obscure significare, se in animo non habuisse, dogma fidei proponere, sub poena anathematis credendum et obseruandum, aut damnare Graecos in contraria sententia, et praxi versantes: Si enim id voluissent, procul dubio canonem non immutassent, nec temperassent auditis oratoribus Venetis. Adde et in ipso Con. Florentino sess. XXV. Graeci concordet in fide ab Eugenio IV. amice compellari, quamquam eos sciret ob adulteria coniugia dirimere. — Quibusdam nunc interpositis sic pergit: Attamen rem propius aspicienti videbitur, doctrinam, quam proponit synodus, fidei esse: et si clare et explicite id non exprimat. —

Sed quomodo ista concordant? P. P. aperte videntur nequidem animo habuisse dogma fidei proponere, et doctrinam, quam proponit synodus, tamen videtur esse fidei. — An P. P. id fecisse censendi sunt, quod facere nequidem animo habuerunt, de quo non cogitarunt? Admisso etiam hoc, non concessio, *Townely* haud consequitur, quod velle videtur. Ipsi nimirum obstant verba: Synodus clare ac explicite non exprimit dogma esse, doctrinam propositam. Deest ergo huic canonis character propositionis dogmaticae, sc. *Claritas*, adeoque non est dogmaticus. Confer. *Disf. Clarif. D. Blau de regula fidei cathol. §. 26.*

§. III.

Haec, ut mihi videor iam sufficient, ad aequum lectorem conuicendum, canonem hunc Tridentini, non dogmaticum sed disciplinarem esse. At quum plura adhucdum criteria a theologis passim admisa praesto sint, quibus *an*, et *in quantum* canon quidam dogmaticus aut disciplinaris sit, probe cognoscatur, haec nunc paucis exponam, ut omne dubium exolet. *b)*

b) Confer. haec in materia Clariss. D. *Blau* disp. I.

§. IV.

Et primo quidem constat inter omnes, quod ad hoc ut aliqua veritas, sit fidei diuinæ dogma, requiratur, ut ab ecclesia proposita, et a Deo per auctores canonicos formaliter reuelata sit. Dei Evangelium autem, quum ut *Hieronymus in epistola ad Gall.* cap. I. ait: non in literis sit, sed in sensu, non in superficie sed medulla, non in verborum foliis, sed in radice rationis: ecclesiae proponenti quoque medium quoddam praesto esse debet, quo sensum ac medullam verbi Dei nobis tradat. Hocce vero quum nullum aliud sit, nisi traditio ecclesiae vniuersalis, optime ergo *Holden in anal. div. fid. lib. 2. c. 3. §. 1.* aiatur: „Nullus S. Scripturae textus, sensus aut intellectus potest alia quavis ratione, quam vniuersali traditione adeo certo dignoscitur, ut fidem diuinam et catholicam articulus possit inde citra omnem errorem superstrui et collocari“ et *Tridentinum* iure merito statuerit: non licere S. Scripturae textum

textus aliter interpretari aut intelligere, nisi quem-
admodum ecclesia catholica ubique diffusa semper
intellexit; patet iam verba cautionis, non licet etiam
in casu adulterii matrimonium solui, sensum dog-
maticum haud habere.

§. V.

Porro est certa regula traditionis diuinae: Quid-
quid ecclesia constanter et vniuersaliter tradit seu
dogma reuelatum, aut seu veritatem, cui contra-
dicere haeresis fit, illud est dogma diuinum. Vin-
cent. Lirin. Commonit. l. c. 3; sed neque ecclesia
vniuersalis, vnquam seu dogma tradit, nec ob adul-
terium solui posse matrimonium, vi praecepti cuius-
dam diuini: multo minus constanter id tradit, est-
que haec veritas talis, cui Graeci absque haereseos
nota contradicunt, ergo etc. — Quadrat igitur potius
huc illa regula: Si leges aut praesces, etiam aposto-
licae aliquando cesarunt, aut etiam variarunt in
variis ecclesiis, eae disciplinares sunt.

§. VI.

Neminem latet, monumenta ex quibus ecclesia
sanam Christi doctrinam haurit, esse praesertim an-
tiqua fidei symbola, Conciliorum generalium de-
creta, Patrum sibi consentientium scripta. At
nec antiqua fidei symbola tradunt, non licere ma-
trimonium solui in casu adulterii, sed potius altum
sunt (P. II. Sect. II. cap. 1. §§. 56 et 57. et cap. 2.
§§. 20, 21 et 22.) nec vllum concilium oecume-
nicum istud decreuit, vti patet ex toto cap. 2. P. II.
et ex ipsius Venetorum oratorum dictis, a Tridentini
Patri-

Patribus, cum veritati consona, non reprobatis (§ 25.) nec ipsum Tridentinum, eam doctrinam cum dogma fidei proponere voluit, ut refert Pallavicinus l. c. no. 28. Denique nec Patrum sibi consentientium scripta, pro tali declaratione, inueniri dantur, ut patet ex P. II. Sect. II, cap. 1. ergo etc.

§. VII.

Hinc illud quod *Veronius in reg. fid. §. 3.* ait, hanc in rem quadrat: *Nulla doctrina fundata in verbo Dei, siue sacra Scriptura, diuersimode a sanctis Patribus, aut doctoribus nostris exposita, est doctrina fidei.* Idque ex eo, quia non proponitur talis expositio Scripturae, ab vniuersali ecclesia, hoc ipso quod varie a variis exponatur. Requiritur ergo in Con. generali, magna ac diligens traditionis ecclesiae conquisitio praeuia, iuxta exemplum apostolorum act. XV., ante dogmaticam propositionem; qua impleta conditione, ut *Muratori de mod. ingen.* lib. I. c. 19. ait, sua quoque promissa Christus implet. Si ergo Patres, vel primum canonem, quo ad indissolubilitatem matrimonii adueniente etiam adulterii casu, dogmaticum proponere voluissent; viderentur, haud implese condiciones praeuias. Eisdem vero huic muneri ac officio non defuisse omnino iam persuadeor ex *Pallavicino l. c. no. 28.* dicente: visum fuisse Patribus, ecclesiam quidem nixam optimis fundamentis, eam doctrinam, non autem cum fidei dogma, tradere.

§. VIII.

Sunt porro certa criteria, quibus innotescere potest, quod ecclesia definierit, quid fide diuina credendum.

dendum. Haec assignat *Canus l. l. lib. 5. c. 5. q. 4.* ubi ait: „*Prima et ea quidem manifesta nota erit: Si contrarium asserentes pro haereticis iudicantur.*” Sed Graeci asserentes: licet iure divino matrimonium solui ob adulterium, haeretici non dicuntur. Illam denominationem variis ex causis legitimis arcere voluerunt, et plura Patrum suffragia consensere, ut ipsis satisfieret. *Pallaucinus l. c. no. 29.* ergo etc.

§. IX.

Denique iudicium dogmaticum, sicut ab uniuersa ecclesia proficisci, ita ad uniuersam ecclesiam dirigi debet. *Veronius l. c. c. 1. §. 1 et 2.* inde sic scribit: illud omne solum est de fide catholica, quod est reuelatum in verbo Dei, et propositum omnibus ab ecclesia Catholica. Confer. etiam *Canus l. c. lib. 5. c. 5.* et *Wallenburg. Exam. 3. §. 8 no. 51.* Iam vero iste canon non eo sensu, quod ex interdicto Christi non liceat matrimonium, nequidem in casu fornicationis soluere, sed eo solum sensu, quod vi verborum Christi et Apostolorum, solutio talis fieri necessario non debeat, adeoque ecclesia, dum grauius ex motiuis hanc solutionem interdicat, non agat contra Dei voluntatem; ad uniuersam ecclesiam directus est, uti patet ex *Pallaucino l. c.*; ergo canon iste primo sensu dogmaticus haud est. Quod confirmatur ex eo, quod *Veronius l. c. c. 2. §. 15.* dicit: *Canones lati etiam in concilio oecumenico, non nisi eo sensu ad fidem spectant, quo sunt ab uniuersa ecclesia recepti, atqui — ergo — et Bellarmin lib. 1. de Conc. et Eccl. c. 7. scribit:*

scribit: *Canones concilii oecumenici, eatenus, et ex eo tenore, vel ex toto, vel ex parte tantum consistunt fidei regulam, quatenus sunt ab ecclesia vniuersali, admissi.* Atqui hic canon eo solum tenore, et ex ea solum parte ab vniuersali ecclesia est admissus, quod vi praecepti diuini, solutio tali in casu, necessario fieri non debeat, non vero ex toto et eo tenore, quod iure diuino insolubile sit matrimonium, etiam superueniente adulterii casu, ergo nec ex hoc tenore, aut ex hac parte, dogmaticus est.

§. X.

Atque sic argumentis non leuibus probasse mihi videor, matrimonium iure diuino in casu adulterii insolubile haud esse. Haec sententia quamuis acriter impugnetur a pluribus theologis, patet tamen eam non tantum ab ecclesia non reprobata, sed etiam multorum ecclesiae PP. sensui consonam esse. Imo quod haec opinio, sub ipsa C. Tridentini tempora, ab Ecclesiae doctrina haud aliena visa sit *Iulio III. R. P., ex approbatione siue priuilegio, Catharini tractatus de Matrimonio* anno 1552. edito, ab eo pontifice concesso, liquet, cum in illo cap. 1. §. 64. haec sententia defendatur. Praeterea theologii percelebres, pro hac sententia produci possunt, et nominatim praeter (§. 2. cap 3.) citatos: *Sixtus Senensis Dominicanus mortuus 1569. lib. 6. Bibl. sanctae annotatione 81. Clariss. Launoius in tract. de reg. in matrimonium potestate. Luppus in diss. de opinione probabili. Eusebius Amori in demonst. critica relig. Cathol. P. I. q. 15. Hammel in tractatu de matrimonio c. 4 et 5. Klein de Szad disert. I. Klupfel*

Kluppel *disl. sub tit. Mens Tertulliani de indissolubilitate matrimonii*, in qua sit: Manifestum est, dogmatibus fidei, Latinorum sententiam, adnumerari non posse. Auctor anonymus sub tit.: *de Matrimonii vinculo*. 1785, atque alius sub tit. *Umerkungen eines Landpfarrers zu S. A. in Deutschland, über die von Hrn. Veremund von Lochestein im Jahre 1766. herausgegebene Grundsätze für und wider die geistliche Immunität in zeitlichen Dingen*. 1768. p. 199 et 200. etc.

§. XI.

Ecclesiam tamen non errare dum docuit et docet, propter adulterium alterius coniugum, matrimonii vinculum non posse solui etc. patet ex idea propositionis erroneae, quam nobis suppeditat *Amor* l. c. nota 3. dicens: Idem est si dicam ecclesiam errare siue dicam doctrinam ecclesiae esse erroneam dicere autem aliquam doctrinam siue propositionem esse erroneam, prout explicant theologi de locis et censuris theologicis, nihil aliud est quam dicere. . . propositionem repugnare communi sensui ecclesiae, et traditioni moraliter certae. Itaque dum Concilium Tridentinum anathemate ferit asserentes, Ecclesiam errare dum docet, matrimonium iuxta Evangelicam et apostolicam doctrinam, etiam in casu adulterii esse indissolubile, damnatio eos solum comprehendit, qui audent communi doctrinae ecclesiae invrere censuram erroris, asserendo, eam doctrinam esse certo falsam."

Dices: Haec ecclesiae Latinae doctrina contradicit verbis Christi Matth. V. et XIX. — item traditioni magis vniuersali, ergo erronea est. R. Licet Christus matrimonii solutionem dicto in casu permiserit, ecclesia vero eandem non permittat, ex tamen nondum inferri potest, ecclesiae doctrinam, Euangelio contradicere, aut erroneam esse, dummodo ipsa non doceat, iure diuino matrimonium insolubile esse. Dein aliud est, permittere quid, aliud praecipere; Christum vero locis allegatis praecipitum dedisse, probari vtiq; non poterit, nude igitur permittens diuortium, videtur ecclesiae suae simul reliquisse facultatem, circa hoc disponendi, atque ex causis rationabilibus aliter statuendi, ita, vt iam, quin auctori suo contradicat matrimonii solutionem prohibere possit. Sic etiam licet ipse Christus permiserit, imo in mandatis videtur dedisse Ioan. VI. 54. — 58; vt quilibet de corpore suo edat, et de sanguine suo bibat, atque Apostoli istud stricte obseruauerint I. Cor. X. 16., et XI. 23. — 30., ecclesia tamen laicos a communione sub vtraque specie arcens, non contradicit verbis Christi, neque si v. g. poneret canonem: Anathema sit, qui dixerit, ecclesiam errare, dum docuit, et docet iuxta euangelicam et apostolicam doctrinam; S. Eucharistiam laicis sub duplici specie porrigi non debere, sed ipsos sub vna solum specie participare posse de Christi corpore: eius doctrina ceu erronea pronuncianda esset, ea propter quod relicta sit ecclesiae potestas, circa hoc, prout ipsi visum fuerit disponendi, neque doceat ecclesia, interdixisse Christum, ne laici sub duplici specie de corpore et sanguine suo participent. —

Tradi-

Traditionem quod attinet, dico, eam hac in quaestione variare, et quidem PP. et Concilia non exiguo numero affirmare, iure diuino licere matrimonia solum in adulterii casu; nequaquam vero inficias ire, relictam fuisse ecclesiae potestatem circa hoc disponendi, imo credidisse semper ecclesiam, hanc sibi competere facultatem, patet variis ex Conciliis, sc. *Arelatensi* l. Can. 10., *Mileuitano* c. 17, *Agathensi* Can. 25., *Herudfordiensi* cap. 10., *Foroiuliensi* Can. 10, *Turonensi* cap. 9., atque ex *Con. Florentino* ac *Tridentino*, in quibus Graeci ecclesiae Romanae praxin seu erroneam haud improbauerunt, neque ecclesiae potestatem aliter statuendi abinducarunt. Ipse *Catharinus* in *Comm. in Matth. XIX.* insinuat, ecclesiae relictam fuisse facultatem hac de re disponendi. Hinc ecclesiae Latinae doctrinam et traditioni magis vniuersali repugnare absolute dici nequit. Locus huic obiectioni tunc demum esset, quando traditio vniuersalis attestaretur, Christum praecepisse diuortium, nullamue ecclesiae suae aliter disponendi reliquisset facultatem.

§. XIII.

Verum igitur manet ecclesiam non errasse. — Certum est ex definitione Tridentini, matrimonium in casu adulterii iure diuino solum necessario habere debere. — Sed illud, in ecclesia Latina, et in praedicto casu solum non posse, ad disciplinam pertinet.

THESES

THESES SELECTAE
EX
VNIVERSA THEOLOGIA.

§. 1.

Revelationis criteria et principia.

I. Creavit Deus hominem, ut se bono libertatis
usu, aeternum felicem redderet, unde triplicis gene-
ris officia homini incumbunt, adeoque evidenter re-
ligio datur. 2) Diuiditur haec in naturalem et super-
naturalem, quae possibilis, summe utilis, imo mor-
raliter necessaria est. 3) Characteres vero, quibus
in notitiam factae religionis certo venimus, sunt ne-
gatiui et positiui, hique vel interni vel externi.
4) Inter religiones quatuor, quae se in terra reue-
latas testantur, Paganismus et Muhametanismus cha-
racteribus negatiuis prostrati corruunt, neque pro-
prie pugnare positiui. 5) Religio Iudaica, quae con-
tinetur in Pentateucho, omnino genuino, authenti-
co et veraci, characteribus verae reuelationis insignita
est, adeoque diuina dici debet. 6) Haec tamen quia
particularis fuit, abroganda erat, succedente lege n-
eque vniversalis. 7) Exiit tempore Augusti et Ti-
berii Iesus Nazarenus, qui nouam religionem in-
stituit, quam vna cum praecipuis factis Christi et
Apostolorum, in libris n. T. qui pariter veraces,
genuini ac authentici sunt, scriptam retinemus. 8)
Eius auctor missionem suam miraculis confirmauit,
dum praeter alia prodigia, quinque panibus 5000
homines Matth. XIV. et deinde 4000 saturauit
c. XV., resuscitauit filium viduae Naim Luc. VII.,
filiam Iairi Marc. V. Lazarum Ioan. XI., atque ipse
a mor-

a mortuis surrexit. 9) Facta haec praeter rationes generales veritatis, adhuc speciales notas certitudinis praefecerunt, ex testimonio quamvis semel lapsi Petri, Iudae Ischariot proditoris, Pauli ecclesiam persequentis aliorumque religionis christianaе hostium, martyrum plurimorum ex primis seculis, vt adeoque sint historice certa. 10) Miracula haec quoque hermeneutice atque philosophice vera, in confirmationem religionis a Christo peracta sunt.

§. II.

Scripturae

1) Religionis nostrae systema praecipue in libris, quos diuinos appellamus, continetur. 2) Hi libri sunt iidem, quos Con. Trid. Sess. IV. Canonici adnumeravit, 3) hinc tam proto quam deuterocanonici, tamquam diuini a quolibet Catholico admittendi sunt. 4) Vulgata a Trid. iure authentica declarata est, quoad dogmata fidei et morum, licet non omnibus caruerit mendis. 5) Tridentinum hac sua declaratione fontium auctoritati ac valori nihil detraxit. 6) Textus Heb. malitia Iudaeorum vniuersim depravatus haud fuit — neque incuria librorum tot naeuos contraxit, vt amiserit suam auctoritatem. 7) Linguae Heb. notia plurimum adiuvat exegetin sacram, se sola tamen non sufficit ad Scripturae sensum passim eruendum. 8) Linguis aliis Orientalibus, quas nonnulli linguae Heb. dialectos vocant, huius studium maxime adiunatur, potissimum id praestat lingua Arabica. 9) Quamvis Aristoteli liber de origine versionis graecae, ex regulis criticis merito suppositus videatur, nihilominus eadem ad postulata regis Ptolomaei Philadelphii a Iudaeis Solymitanis, concinnata videntur. 10) A 70 interpretibus nonnulli Pentateuchum habemus.

mus. 11) Versionis LXX. summa fuit olim auctoritas, atque eadem hodie adhuc sua gaudet authentia. 12) Scripturam nequidem in necessariis euidenter omnibus claram esse, experientia iam probat. 13) Vane dicunt Calvin. regentis claram esse. 14) Neque ad hanc claritatem sustinendam in spiritu privato refugium quaeri potest. 15) Via examinis, qua singuli ex script. determinant veritates necessarias, improporcionata plurimum est, et pessimas sequelas habet.

§. III.

Traditio.

1) Praeter SS. existunt traditiones ad dogmata pertinentes. 2) Hae quod constanter semper et universaliter continuatae fuerint, ex eo certi efficiuntur, quod veritates, quae ex illis hauriuntur, integrae et incorruptae ad nos usque peruenerint. 3) Verbum Dei traditum reperitur praecipue in scriptis Ss. Patrum, quorum moralis in fidei ac morum consensus, summam parit certitudinem. 4) Eos sequi hinc recte praecipit Trid., quae lex et de *dogmatibus* nondum expresse definitis intelligenda est. 5) Hisce vero PP. in materiis, quae rationis sibi soli relictas lumine deteguntur, nulla propria competit auctoritas.

§. IV.

Societas Christiana.

1) Christus ecclesiae docenti et credenti permittit, quod in nullo dogmate fidei et morum sit errata. 2) Haec ecclesiae auctoritas sola est medium, fidem in terris incorruptam seruandi. 3) Christus quoque apostolis eorumque successoribus ligandi soluedique potestatem dedit. 4) S. Petro tamen, et Romano pontifici in hierarchia ecclesiastica primatus non solum honoris, sed et iurisdictionis datus est. 5) Po-

testas ligandi semper ad aedificandum, numquam vero ad destruendum exercenda continet sub se potestatem, leges novas ferendi, transgressores puniendi, excommunicandi. 6) Ecclesiam suam instituit Christus perpetuo visibilem. 7) Huius verae ecclesiae notae sunt: Vnitas, Sanctitas, Catholicitas atque Apostolicitas.

§. V.

Essentia Dei.

1) Christus est verus Deus, Patri consubstantialis. 2) Spiritus S. non est mere virtus Patris, sed ipse verus etiam aeternusque Deus. 3) Filius a solo Patre generatur, Spiritus S. ab utroque procedit. 4) Tres igitur sunt in vna essentia diuina personae non solo nomine distinctae.

§. VI.

Corruptio et restitutio generis humani.

1) Creauit Deus hominem ad imaginem suam, corpore immortalem, constituitque eum in iustitia et sanctitate, et a rebelli concupiscentia immunem fecit. 2) Sed peccauit Adam, et peccando bona mox descripta et sibi et posteris amisit, atque in eos tam corporis quam animae mortem transfudit. 3) Extat hinc pec. orig. propagatione non imitatione in omnes diffusum, etiam in filios fidelium. 4) Iesus Christus ut grande illud generis humani redemptionis opus absolueret, veram carnem et verum corpus assumpsit, non e coelo, sed ex M. V. matre sua. 5) Veram quoque habuit animam rationalem. 6) Vna igitur eademque persona in Christo Deus et homo est, adeoque non moralis, sed realis, physica et personalis vnio datur inter Verbum et naturam humanam. 7) Facta vnione illa nulla facta est confusio, permixtio aut

aut mutatio vtriusque naturae, sed salua permanfit
vtraque cum suis proprietatibus. 8) Adeoque duplex
in Christo voluntas et operatio admittenda. 9) Reii-
cienda vero communicatio idiomatum in abstracto.
10) Christus nobis meruit gratiam sanctificantem
Adae peccato amisam, peccatorumque actualium re-
missionem. 11) Non gratis ista, nec doctrina so-
lum aut exemplo id effecit, sed vero dato sanguinis
sui praetio nos redemit.

§. VII.

Sanctificatio.

1) Gratia interna supernaturalis, voluntatem
mouens, necessaria est ad omne opus salutare perfici-
endum. 2) Imo ad initium fidei. 3) Nec datur
secundum merita nostra. 4) Praeter efficacem gra-
tiam datur et inefficax, quae tamen veram confert et
relatioam, saltem mediatam bene agendi potentiam.
5) Semper adest iustis volentibus urgente praeepto.
6) Gratia permanens in homine, seu iustificatio non
consistit in sola imputatione externa iustitiae Christi,
sed in eo quod peccata vere deleantur, et anima inte-
rius renouetur. 7) Accepta semel iustitia effectiue
iterum amitti potest. 8) Fontes gratiae sanctificantis
sunt Sacramenta n. Legis, quae istam ex opere operato
producent. 9) Septem autem nec plura nec pauciora
sunt vere et proprie dicta Sacramenta n. l. 10) Baptis-
mus tollit pec. orig. et actualia in baptifato rite dispo-
sito. 11) Hic in aqua naturali conferri debet. 12)
Estque omnibus necessitate praeepti et medii lege or-
dinaria ad salutem necessarius. 13) Paruulis quoque
administrari potest. 14) In Eucharistia Christus vere,
realiter et substantialiter praesens est. 15) Et quidem
panis et vini substantia plane non remanente. 16)
Omnium

Omnium peccatorum remissio per poenitentiae Sacramentum ab ecclesia dari potest. 17) Confessio omnium peccatorum mortalium, ex institutione Christi necessaria est ad eorum remissionem impetrandam. 18) Matrimonium insolubile est.

§. VIII.

Ex Theologia morali.

1) Homini Christiano certae, quibus actiones suas conformare tenetur, normae sunt praescriptae, quae leges vocantur. 2) Hae leges siue naturales siue positivae et positivae siue divinae siue humanae et hae vel ecclesiasticae vel civiles in conscientia obligant. 3) Confessarius tenetur iudicare secundum leges civiles, hominesque admonere ad id explendum quod decusum est in foro civili, licet non raro mitior aequitas naturalis in eiusmodi iudiciis civilibus optanda esset. 4) Quod iustum licitum et validum est in foro civili, idem valet in foro conscientiae, adeoque asferendum est 5) testamentum in foro externo ut nullum declaratum etiam nullum esse in foro interno, pacta aliosque actus civiles secundum leges civiles inualida, etiam in foro interno non valere.

§. IX.

Ex Iure naturali civili statutorio Moguntino.

1) Amplissima Imperantium potestas non ex immediata Dei collatione sed ex pacto unionis et subiectionis deducenda est. Imperans potest omne id et hoc solum, quod salus publica exigit. 3) Subditi tenentur ad salutem reipublicae consequendam, censum et tributa, si ab eis exigantur, tam ordinaria quam extraordinaria pendere. 4) Imperanti haud plus quam ei delatum sit, potestatis convenit. 5) Privatus inuaforem bonorum suorum, si ea aliter seruare nequit, occidere potest. 6) Vtrique parenti par competit in li-
beros

beros potestas. 7) praescriptio non est iuris naturae, tamen non est iuris naturae, tamen non est contra ius naturae 8) praescriptio est modus legitimus acquirendi dominium; 9) requisita ad praescriptionem necessaria secundum ius can. sunt a) habilitas, b) bona fides et quidem continuata, c) lapsus temporis lege determinati, 10) res aliena tempore legitimo nondum possessa detecto iniusto possessionis titulo debet restitui vero domino. 12) Interim tamen possessores b. et m. f. re aliena euicta differunt ratione fructuum restituendorum. 11) Ad testamentum requiruntur solemnitates in- et externae, quibus deficientibus testamenta in utroque foro sunt nulla. 13) De iure communi septem requiruntur testes, de stat. Mog. tres sufficiunt, 14) fratribus et sororibus non debetur legitima nisi persona turpis vel heres instituat; 15) liberi tantum propter 14 causas non. 115. c. 3. assignatas exheredari possunt, et probabilior videtur sententia, quae negat eos propter similes exheredari posse. 16) Codicillus est species testamenti, ad cuius valorem *clausulam codicillarem* requirimus, quae tamen de stat. Mog. remissa est.

§. X.

Ex Theologia pastorali.

1) Baptisati ob oblectrice in casu necessitatis rebaptisandi sunt. 2) Consuetudo de se non obstat, quominus peccator absolvetur licet consultius sit expectare signa poenitentiae. 3) Consuetudinarius insigniter emendatus absolvendus est, nec expectandum tempus, quo omnis consuetudo extincta sit. 4) Curatus tenetur gregem sibi commissum doctrina et exemplo aedificare et pascere, hinc 5) eum oportet, praeter scientias necessarias, etiam comitatem et mansuetudinem in suis moribus gerere, 6) atque bonis sacrae eloquentiae regulis instructum esse.

§. XI.

§. XI.
Ex historia Ecclesiastica.

1) Purior ecclesiae disciplina, quae primis 8 seculis viguit, per falsas Isidori decretales quoad magnam partem corrupta est, quae seculis subsequenter in praxin deductae sunt. 2) Ex hoc fonte sicuti et ex consensu tacito vel deserto episcoporum aliisque de causis introducta reservatio causarum maiorum. 3) Dispensationum in legibus ecclesiae generalibus. 4) Beneficiorum. 5) Graviorum casuum. 6) Iurisdictione immediate in omnes fideles. 6) Mos recentior mittendi legatos cum iurisdictione ordinaria. 7) Inter pontifices RR. qui iurisdictionis suae limites in medio aevo cum praedictio potestatis episcopalis, metropolitanae, imo et Imperantium dilatarunt, praecipui sunt Gregorius VII., Innocentius III., Gregorius IX., Bonifacius VIII., Innocentius IV., Ioannes XXII. 8) Querelis nationum potissimum tempore magni schismatis auctis, parum consultum fuit per concilia, Pisanum, et Constantiense. 9) In posteriore tamen auctoritas concilii generalis supra pontificem sessionibus IV. et V. est stabilita, quarum quidem sessionum decreta sunt omnino authentica concilii oecumenici. 10) Melius nationum gravaminibus consultum fuit per Concilium Basileense et nationi Germanicae per sic dicta Concordata principum, quorum tamen efficacia maximam partem amissa per Concordata Alschaffenburgensia. 11) Sed quae nostris temporibus anno 1764. Francofurti, an 1769. Bonae, et maxime an. 1786. in thermis Emsanis eam in rem gesta sunt demonstrant summorum Germaniae praefulum, augustissimique Imperatoris sollicitudinem in tollendis patriae gravaminibus recuperandis amissis, iuribus, feliciorisque exitu spem faciunt.

Sec. VI. a §. 31 — 34. *Alcimus Auitus Viensis, Ferandus Diaconus, Iustinianus imperator, ac Primafius Vicensis.*

Sec. VII. §§. 35, 36, 37. *Isidorus Hispalensis, Eligius Nouiomensis, et Primafius Vicensis.*

Sec. VIII. §§. 38, 39, 40. *V. Beda, Gregorius II. atque Zacharias RR. PP.*

Sec. IX. a §. 41 — 47. *Carolus M., Adalardus Corbeienfis, Paschasius Radeberdus, Christianus Drutmarus, Leo IV., Nicolaus I., Ioannes VII. RR. PP. Ifacius Lingonensis et demum Hincmarus Remensis.*

Sec. VI. a §. 48 — 51. *Theophilactus Archidiaepiscopus, Oecumenius, Lanfrancus Cantuariensis, Anselmus Lanfranci succesor, Iuo Carnatensis, Gregor. VII. R. P. Zacharias Chrysolitanus.*

Sec. XII. §§. 52, 53. *Rupertus Tuitiensis abbas, Magister sententiarum et Alexander III. R. P.*

Sec. XIII. a §. 54 — 57. *Thomas, Innocentius III., Clemens V., Gregorius X. RR. PP.*

Sec. XVI. a §. 58 — 62. *Demum obueniunt Christophorus Marcellinus, Desiderius Erasmus, Cardinalis Caietanus et Ambrosius Catharinus.*

§. 63 et 64. *Vltimo loco veniunt animaduersiones quaedam practicae in lectione ambiguum aut equiuocorum PP. textuum, atque Theologorum sententiarum, stricte obseruandae.*

Cap. II. Sec. III. *Primum Concilium hac de re quid statuens obuenit Eliberitanum I. §. I. cui iungendum Arelatense I. §. 2.*

Sec. V. §§. 3, 4, 5. *Con. Mileuitanum, Chalcedonense atque Veneticum.*

Sec. VI. §. 6. *Con. Agathense.*

Sec.

Sec. VII. §§. 7, 8. Tolletanum XII. illudque Herudfordiae in Anglia congregatum.

Sec. VIII. §§. 9, 10, 11, 12, 13. Trullanum, Suesionense I., Vermeriense, Compendiense ac Forouiliense.

Sec. IX. §§. 14, 15, 16 Duae Synodi Romae habitae et Con. Triburiense.

Sec. X. §. 17. Namnetense.

Sec. XI. §. 18. Turonense.

Sec. XII. §. 19. Lateranense III.

Sec. XIII. §. 20. Lateranense IV.

Sec. XV. §§. 21, 22, 23. Florentinum Oec. XVI.

§. 24. Historia Canonis VII. Trid. Sess. 24.

Cap. III. §. 1 — 12. Inquiritur in I. can., atque propositis variis principiis theologicis, factisque super iisdem reflexionibus concluditur, praedictum Canonem non dogmaticum sed disciplinarem esse; atque matrimonii vinculum in adulterii casu solui posse.

ULB Halle
005 361 826

3



v. D. 18







714 J



Farbkarte #13

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

B.I.G.



1847

TIO
ONII
M,

ONIVGVN, VXTA
SS. XXIV., IVRE
CLESTIASTICO

BRVN,
MOGVNTINI AD S.
NO.

